

Est. A-4942

P. Zacharias ab Haarlem O. M. Cap.

UNIO RUTHENORUM

a morte Sigismundi III
usque ad coronationem Ladislai IV
1632-1633

Officina typographiae »Tungala«, Tartu 1936

UNIO RUTHENORUM 1632—1633

27926a

UNIO RUTHENORUM

a morte Sigismundi III
usque ad coronationem Ladislai IV
1632–1633

31408

Dissertatio
iuxta fontes romanos composita
et ad obtinendum gradum Doctoratus
in Pontificio Instituto Orientalium Studiorum
Romae, die 2 Julii 1935,
defensa
a F. Zacharia ab Hazleim O. M. Cap.

Zacharia ab Hazleim F.

Tutti 1936

Officina typographica «Tungala»

Imprimi potest.

Tallinn, 1 Nov. 1936

P. Robertus ab Ach, O. M. Cap.
Sup. reg.

Imprimatur.

Tallinn, 1 Nov. 1936

Eduardus Profitlich
Administrator Ap.

Est.
Tartu Ülikooli
Raamatukogu

26103

PRAEFATIO

Argumentum huius opusculi non est ita novum, ut a nullo adhuc de eo actum sit. Nam præter multos alios, quos silentio præterire liceat, iam Golubief et Śmurlo ex parte orthodoxorum et Guépin inter catholicos profusius de eo scripserunt. Immo apud Śmurlo invenimus totam seriem documentorum, quæ ad rem nostram pertinent quæque a clarissimo auctore ex archivis romanis sunt desumpta. Quapropter ille certo certius antecedit ceteros auctores, qui quod attinet fontes romanos non usi sunt nisi collectione a Theinero facta, ubi vero de hoc argumento paucaveniuntur. Ex altera parte opus eiusdem Śmurlo non reddidit inutilia studia aliorum. Nam primo ipse non facit mentionem omnium documentorum, quæ hanc quæstionem spectant, et deinde nihil aliud intendit quam illustrare documenta, quæ edidit, non autem conficere opus undique systematice et scientificè elaboratum.

Sed et ipsum argumentum dignum erat, cui quis operam navaret. Nam si legeris, quæ ab auctoribus generatim dicuntur de nova, ut ita dicam, politica religiosa a Ladislao IV inaugurata, statim intellegas hic revera agi de quæstione non parvi momenti pro historia Unionis. Nam cum orthodoxis Ladislaus sit ille rex, qui spreto patris sui modo fanatico agendi destiterit exclusive favere Unioni eamque protegere et cœperit agere politicam tolerantiam atque reconciliationis restituendo orthodoxæ legitimam existentiam cum iuribus suis, fautores Unionis numquam destiterunt Ladislaum iudicare eum regem, qui concessionibus initio regni schismaticis factis causæ Unionis profecto haud parva attulerit detrimenta.

Quibus iam satis probari videtur, quantopere intersit hanc quæstionem secundum fontes tractare tentare. Id quidem quoad fontes romanos hoc opusculo conati sumus; impossibile enim erat simul incumbere et romanis et polonicis fontibus perscrutandis. Inde sequitur, ut ea, quæ ex hoc studio fortasse concludenda sint, nondum omnino absoluta habenda sint. Expectandus enim est liber, in quo audiatur et altera pars. Quod non est ita intellegendum, ut illa altera pars remaneat hic omnino neglecta, cum ex multis documentis romanis sat facile detegi possit, quæ Poloni in hac quæstione senserint quemque modum agendi sint secuti. Quantus autem labor expectet examinantem etiam fontes polonicos, apparere videtur, si quis inspiciat v. gr. opus bibliographicum a Kutrzeba editum, ubi sub numeris 124, 364, 366, 373, 376 aliisque numeris com-

plura enumerantur manuscripta eaque valde diffusa ad rem nostram pertinentia. At quamquam hic libellus solos fontes romanos respiciat, non putamus nos frustra laborasse, cum multa afferre potuerimus, quibus ea, quæ hucusque de hac causa cognita sunt, augeantur et in aliquot punctis corrigantur.

Ad colligendas istas materias multum nobis profecit opus bibliographicum, ab eodem Smurlo compositum, quod inscribitur »Rossija i Italija». Sed cum auctor quoad periodum, cui nos tractandæ operam dedimus, prætereat Archivum Vaticanum, hic proprio Marte investigare nos oportuit præter nonnullas notas in libro eius iam supra citato datas.

De ratione huius libelli non ita multum dicendum putamus. Nam divisio iam ex eo data erat, quod Ladislai accessus ad thronum tribus quibusdam phasibus et intervallis factus est scilicet Comitii Convocationis, Electionis, Coronationis, quibus singula dedicavimus capitula.

In quantum fieri potuit, posuimus documenta in ipso textu vel ad calcem paginae. Nonnulla tamen extensiora in appendice collocare coacti sumus. Multiplices abbreviationes in documentis illius temporis adhibitas generatim non tales, quales invenimus, sed integris verbis hoc in opusculo præbemus.

His præmissis, nihil aliud iam nobis restat nisi ut gratias agamus quam sincerissimas omnibus et singulis, qui quomodocumque auxilium in hoc opusculo conficiendo benigne et benevolenter præstiterunt. Inter quos primo loco nominari debent R. P. Josephus Ledit S. J., qui compositionem operis direxit consilioque multiplici de illo optime est meritus, A. R. P. Robertus ab Ach, O. M. Cap., qui stilum dissertationis ex omni parte perpolivit, necnon director officinæ »Tungale, qui in opusculo typis mandando magnas curas adhibuit.

BIBLIOGRAPHIA

Fontes

I Fontes inediti

I ex Archivo Vaticano:

Nunziatura di Polonia (N. P.) vol. 43, 44, 45, 46, 47,
49, 175, 177 et Additamenta vol. 3.

II e Bibliotheca Vaticana:

Barberini Latinus (B. L.) vol. 2202, 2203, 6585, 6586,
6587, 6609, 6648.

III ex Archivo S. Congr. de Propaganda Fide:

Scritture originali riferite nelle Congregationi (Scr. Rif.)
vol. 58, 75, 76, 336, 392.

Acta S. Congr. de Prop. Fide (A. S. C. P. F.) vol. 8, 10.

II Fontes editi

Theiner A., *Vetera Monumenta Poloniae et Lithuaniae*, vol. 3,
Romae 1863

Turgenjef, *Supplementum ad Historiae Russicae Monumenta*, Petropoli 1848

Volumina Legis, vol. 3, Varsaviae

Археографическій Сборникъ (A. S.), Vilnae 1867—1904

Архивъ Юго-Западной Россіи (A. J. Z. R.), Chioviae
1809—1914

Русская Историческая Библиотека (R. I. B.).

Litteratura

Guépin A., *Un apôtre de l'Union des églises au XVIe siècle, St. Josaphat et l'église gréco-slave en Pologne et en Russie*, Parisiis 1898

Hofmann G., *Patriarch Kyrillos Lukaris*, Romae 1928

Malvy A. et Viller M., *La confession orthodoxe de Pierre Moghila, metropolite de Kiev 1633—1644*,
Romae 1927

Pastor, L. von, *Geschichte der Päpste seit dem Ausgang des Mittelalters*, vol. 13, Friburgii 1929

Völker K., *Kirchengeschichte Polens*, Berolini 1930

- Викторовскій П., Западно-русскія дворянскія Фаміліи от-
правшія отъ православія въ конце XVI
и XVII вв., Труды 1908—1911
- Голубевъ С., Кіевскій Митрополитъ П. Могила и его
сподвижники, Chioviae 1883—1888
- Жуковичъ, Сеймовая борьба православнаго западно-
русскаго дворянства съ церковней уніей,
pars 2, fasc. 6, Petropoli 1912
- Журналъ Министерства Народнаго Просвещенія
(Z. M. N. P.)
- Шмурло Е., Папскій престолъ и православный востокъ
съ 1609 до 1654 г. Pragæ 1928.

Corrigenda

- p. 18, a. 15 loco 3 Junii legatur 3 Julii
p. 42, a. 11 » 9 Aug. » 19 Aug.
p. 47, a. 17 » 19 Oct. » 29 Oct.
p. 45, a. 9 legatur: in adnotatione 4 citatam.

CAPUT PRIMUM

COMITIA CONVOCATIONIS

I Polonia et Unio tempore mortis Sigismundi III

Quando die veneris 30 Aprilis 1632 Rex Poloniae Sigismundus III mortuus est (1), regnum, cui per 45 fere annos praefuerat, in statu sat periculoso reliquit. Notum est inde ab anno 1572 regiam dignitatem in Polonia non amplius hereditariam fuisse, sed novum regem unaquaque vice a Comitibus eligi debuisse. Hic status rerum, ut patet, inimicis regni pulchram offerebat occasionem sese his negotiis immiscendi sibi que e necessitatibus regni Poloniae emolumenta praebendi. Et de facto tales inimici Poloniae anno 1632 non defuerunt. Primo loco cavendum erat ab Moscovia. Die 1 Decembris eiusdem anni finem habuit armistitium ante 14 annos initum post primum bellum inter Moscoviam et Poloniam. Sed ille terminus a Moscovitis controvertebatur et ultima Comitibus, quorum praesidium adhuc gesserat Sigismundus, iam serio de defensione patriae agere debuerant; Russi enim iamiam ad aggressum sese praeparabant (2). Maioribus adhuc periculis minabatur rex Sueciae Gustavus Adolphus. Qui non solum oppugnabat Poloniam ex una parte propter ideale suum politicum n.p. dominium supremum Sueciae super Mare Orientale et ab altera parte propter inimicitias e motivis religiosis iamdiu Sueciam inter et Poloniam existentes (3),

- 1) His verbis Nuntius Honoratus Visconti mortem regis Curiae annuntiavit: «Ha piaciuto a Sua Divina Maestà di chiamar a se con improvvisa malattia la Maestà del Re di Polonia, lasciando in lutto il cuore di tutti i buoni, ch'apprendono quanta perdita habbia fatta la Religione cattolica, io ne do parti a V. Em.za con un messo straordinario, che si spedisce in Vienna e prego Mons. Nuntio Cesareo ad inviar quanto prima a codesta volta la lettera», ep. 30 Apr. N. P. 45, f. 102.
- 2) cfr. Žukovic p. 157–158 et Constitutionem a Comitibus latam in Vol. Leg. vol. 3, p. 338.
- 3) Scimus Sigismundum post mortem patris sui Joannis III Magni non agnoscere esse ut regem Sueciae, eo quod religioni catholicae fidelis remanserat. Frater Joannis n.p. Carolus IX rex factus erat et regnaverat ab anno 1604 usque ad 1611. Eo mortuo successerat filius eius Gustavus Adolphus. Sigismundus tamen non decederat de iuribus suis et plura bella gesserat tum cum patruo suo tum cum filio eius. Anno 1629 armistitium 6 annorum conclusum erat.

sed etiam iam multo tempore cogitabat de obtinendo throno Poloniae post mortem Sigismundi. Ad hunc scopum conatus erat sese associare cum omnibus inimicis Poloniae, cum Cosacchis (4), Tartaris (5) et praesertim cum Moscovitis (6), insuper etiam nobiles protestantes in ipsa Polonia sibi ligare tentaverat (7).

Notitiae hic citatae iam ostendunt Curiam Romanam de his omnibus bene informatam fuisse (8). Viva attentione ipsa prosecuta erat multiplices mutationes in ultima aegritudine Sigis-

- 4) «Si è veduta la lettera intercetta, che scriveva un plenipotenziario di Gostavo ai Cosacchi, dove oltre i pessimi disegni continuati dello Sueco, si scorgono ancora quelli del falso patriarca», ep. Card. Fr. Barberini ad Nuntium 31 Jan. 1632, N. P. 175, f. 6r, cfr. etiam Zukovic p. 153-156, de «falso patriarca» Cyrillo Lucari postea loquemur.
- 5) Hoc breviter innuitur in ep. Nuntii 29 Apr. 1632, B. L. 6587, f. 168r. Clare autem continetur in iis, quae legatus imperialis mense Augusto retulit Constantinopoli: Tartaros np. scripsisse Senatui Poloniae a se Polonis nihil timendum esse, dummodo Gustavus rex eligeretur, cfr. O Klopp: Der Dreissigjährige Krieg bis zum Tode Gustav Adolfs 1632, vol. 3, parte 2, Paderborn 1896, p. 502-506.
- 6) Saltem tribus vicibus annis np. 1629, 1630 et 1631 Gustavus miserat legatos ad Moscovitas adhortans eos, ut aggredierentur Poloniam, cfr. Zukovic, p. 152-153. Notandum est tertiam instructionem legatis inculcasse, ut etiam memorarent iniurias, quibus orthodoxi in Polonia affecti essent. Iam mense Decembris 1631 Nuntius rettulerat de his praeparationibus bellicis Moscoviae: «Il tutto fanno stimolati da Gostavo, che cerca per tutte le vie d'implicare li Polacchi nella guerra per poter poi nel fine della guerra, trovandoli stracchi et esausti avvanzar i suoi progressi e le sue pretensione alla Corona», N. P. 44, f. 38r, cfr. etiam eius ep. 29 Apr. B. L. 6587, f. 168r.
- 7) ep. Visconti 26 Sept. 1631, N. P. 44, f. 34r-36r. Iam Klopp notavit Gustavum postea propositum suum reliquisse, et recentissime Paul putavit Gustavum revera numquam serio cogitasse de occupando throno Poloniae, quia secus certo fortius egisset. Nihil aliud intendebat nisi spargere inquietudinem inter Polonos, ne sibi resisterent aggredienti imperatorem germanicum, J. Paul: Gustav Adolf, vol. 3, Leipzig 1932, p. 40-45.
- 8) Iam decursu anni 1630 Nuntius diffusam receperat instructionem confectam occasione relationis praedecessoris sui, postea Card. Santa Croce, ubi ille explicaverat omnia motiva, propter quae Gustavus throno Poloniae potiri posset, cfr. Theiner, p. 387-390. In fine huius instructionis dicitur quod Gustavus «per maggiormente indurre i Polacchi non sarebbe lento a far un'apparente reconciliatione con la Chiesa Romana, o vero a prometter di farla, e già si sa, che una volta stando in simil proposito egli ebbe scerzando a dire, che per esser re di Polonia non solamente haverebbe udita la Messa, ma si sarebbe fatto anco Giesuita», non multo dissimile illi dicto, quod Henrico IV regi Galliae attribuitur: «Paris vaut bien une Messe!». Quaevis fuerunt verae intentiones Gustavi, ex his omnibus facile intellegitur sollicitudo Curiae Romanae quoad successionem in Polonia. Contemporaneis certe difficile erat hic recte videre et bene distinguere, et deinde praebant magnae victoriae, quas rex Sueciae in Germania reportabat, causam sufficientem, influxum eius atque potentiam timendi.

mundi (9) et insimul omne possibile fecerat, ut iam ante mortem regis certa redderetur successio filii eius primogeniti (10). Hoc modo efficere speraverat, ut electio cito perficeretur et omnis influxus rebus ecclesiasticis in Polonia damnosus excluderetur.

Inter hæc negotia ecclesiæ, ut patet, Unio Ruthenorum adhuc relative recens locum occupabat eminentem. Quadraginta anni eius existentia nondum suffecerant, ut ubique firmiter stabiliretur. Causas huius facti revera dolendi investigare nobis hic non incumbit. Scimus eas inveniri in resistentia schismaticorum, sed etiam — et fortasse magis — in modo agendi catholicorum latinorum cum unitis. Graves quoad hoc accusationes contra illos moverat Meletius Smotrycki, quondam dux orthodoxorum in pugna contra Unionem, postea tamen sincere conversus (11). Quodsi ob characterem sat impetuosum scriptoris hæc omnia non sine circumspicione admitti possunt, certe tamen etiam »nucleum aliquem veritatis« continent, sicut de cetero etiam ex historia hic narranda apparebit.

Iam in ipso initio periodi a nobis tractandæ documenta ostendunt catholicos latinos male cum unitis consensisse. Die 13 Februarii 1632 S. Congregatio de Propaganda Fide decrevit monere episcopum latinum Vिल्ненsem, ut Unionem quam maxime

9) cfr. multas epistulas in Archivio Vaticano:

e Polonia:

N. P. 44, f. 17r—17v 8 Jan. 1631
33v 19 Sept. «
36r 31 Oct. «
36v—37r 21 Nov. «
37r—37v 30 Nov. «
38r—38v 6 Dec. «
44v—46r 29 Febr. 1632
50r—50v 28 Apr. «
50v—52r 29 Apr. «

e Roma:

N. P. 175, f. 3v 3 Jan. 1632
3v—4r 10 Jan. «
4v—5r 17 Jan. «
6v 31 Jan. «
7r 7 Febr. «
8r 21 Febr. «
9r 28 Febr. «
9v 6 Mart. «
10r 20 Mart. «
10v 27 Mart. «
11v—12r 10 Apr. «
15v—16r 22 Maii «

10) etiam quoad hoc multa documenta in archiviis romanis:

e Polonia:

N. P. 44, f. 16r—16v 21 Nov. 1630
17r—17v 8 Jan. 1631
18r—19v 21 Febr. «
19v—21v 26 Febr. «
34r—36r 26 Sept. «
44v—46r 29 Febr. 1632
53v—55r 5 Maii «

e Roma:

N. P. 44, f. 6v—7r 9 Oct. 1630
7v 23 Nov. «
8r—12v 30 Nov. «
37v 10 Jan. 1632
38v—39v 17 Jan. «
N. P. 175, f. 10v—11r 27 Mart. «
N. P. 44, f. 47v—48v 10 Apr. «
49r—49v 22 Maii «

11) ep. mense Februarii 1630 scripta ad Papam Urbanum VIII, quam habes apud Theiner p. 383—387. Smurlo in capitibus quarto et quinto libri sui p. 30—49 multis congregatis materiis ostendit Unionem a catholicis latinis variis modis despectam atque detrusam esse.

adiuvare et promovere procuraret (12). Eadem Congregatio decursu primi dimidii eiusdem anni 1632 tres saltem recepit quere-
las unitos vix non semper præteriri in dividendis bonis quondam
ab orthodoxis possessis. Post duas epistulas Metropolitæ Jo-
sephi Rutski (13) Nuntius de hoc scripsit: »Io credo purtroppo,
ch'in simili, et altre materie non lascino occasione molti nobili
di abassare il rito rutheno per la poca inclinatione ch'hanno
universalmente a questa santa unione« — ideo petit — »una
lettera calda della S. Congregatione al re novello, quando sarà
dichiarato, raccomandandogli a non permetter che siano distrutti
altrove, che in servitio degl'uniti, i boni che si racquistano dai
scismatici« (14). Verbis sat magnis usus est episcopus unitus
Pinscensis, coadiutor metropolitæ, Raphael Korsak. Ille die 5 Julii
rettulit de itinere peracto in regione Smolenscensi in ultimo bello
expugnata, ubi pro condendo seminario rutheno aliqua bona
obtinere speraverat, »sed inveni in tanta bonorum ecclesiasticorum
Ecclesiæ Ruthenicæ copia, quæ etiam sæcularium abundare
fecit cornu, talem tantamque pro nobis penuriam ut dicere pos-
simus lacrimabundi cum Esau, quod in benedictione — f. 220 v —
Jacob nulla nobis benedictio sit reservata. Et mirabimur amplius
non crescere Unionem, dum non modo novis non providetur
Unioni mediis, sed ne antiquæ quidem foundationes pro ruthena
Ecclesia factæ restituuntur . . . ursi plura pro virili, sed ad illa
tempora devenimus, in quibus Unio ex eo solum exosa, quia
antiquas saltem urget foundationes« (15).

Dum ergo negari nequit catholicos quoad Unionem saltem
indifferentes fuisse, ab altera parte in hoc ipso momento mortis
Sigismundi expectari poterat, quod orthodoxi nunc fortius illam
oppugnarent. Iamdudum enim ipsi hoc Interregnum expecta-
verant. Certo, postquam anno 1596 Unio Brestensis promulgata
erat, schismatici multa rursum recuperaverant, licet modo non
semper legitimo. Tamen, Sigismundus semper Unionem pro-
texerat et postulationibus orthodoxorum nimis audacioribus fortiter

12) A. S. C. P. F. vol. 8, f. 27r, Num. 21. Occasio huius decisionis fuit querela
Nicolai Novatii, procuratoris metropolitæ rutheni: »Cum Rutheni uniti
non bene sibi affectum sentiant modernum episcopum Vlnensem Abraham
Voinam, ob præcedentiam quam sibi olim prætenderat dum erat suffra-
ganeus, supra Metropolitam Russiæ, ideo humillime supplicatur Eminen-
tiis Vestris, ut illis mediantibus moneatur per Breve Apostolicum, qua-
tenus insistendo vestigiis prædecessoris bon. mem. Volonicii, fraterne se
gerat cum Ruthenis catholicis et ipsorum negotia ac S. Unionem pro-
moveat« Scr. Rif. 392, f. 246r, de facto breve Apost. missum est die
29 Aprilis 1632, cfr. B. L. 2202, f. 61v-62r.

13) 1 Febr. 1632, Scr. Rif. 58, f. 61r et 3 Martii, ibid. f. 29r-30r.

14) ep. 28 Maii 1632, Scr. Rif. 58, f. 31r, partim publicata apud Šmurlo
p. 205.

15) Scr. Rif. 75, f. 220r-220v.

adiuvare et promovere procuraret (12). Eadem Congregatio decursu primi dimidii eiusdem anni 1632 tres saltem recepit quere-
las unitos vix non semper præteriri in dividendis bonis quondam
ab orthodoxis possessis. Post duas epistulas Metropolitæ Jo-
sephi Rutski (13) Nuntius de hoc scripsit: »Io credo purtroppo,
ch'in simili, et altre materie non lascino occasione molti nobili
di abassare il rito rutheno per la poca inclinatione ch'hanno
universalmente a questa santa unione« — ideo petit — »una
lettera calda della S. Congregatione al re novello, quando sarà
dichiarato, raccomandandogli a non permetter che siano distrutti
altrove, che in servizio degl'uniti, i boni che si racquistano dai
scismatici« (14). Verbis sat magnis usus est episcopus unitus
Pinscensis, coadiutor metropolitæ, Raphael Korsak. Ille die 5 Julii
rettulit de itinere peracto in regione Smolenscensi in ultimo bello
expugnata, ubi pro condendo seminario rutheno aliqua bona
obtinere speraverat, »sed inveni in tanta bonorum ecclesiasticorum
Ecclesiæ Ruthenicæ copia, quæ etiam sæcularium abundare
fecit cornu, talem tantamque pro nobis penuriam ut dicere pos-
simus lacrimabundi cum Esau, quod in benedictione — f. 220 v —
Jacob nulla nobis benedictio sit reservata. Et mirabimur amplius
non crescere Unionem, dum non modo novis non providetur
Unioni mediis, sed ne antiquæ quidem foundationes pro ruthena
Ecclesia factæ restituuntur . . . ursi plura pro virili, sed ad illa
tempora devenimus, in quibus Unio ex eo solum exosa, quia
antiquas saltem urget foundationes« (15).

Dum ergo negari nequit catholicos quoad Unionem saltem
indifferentes fuisse, ab altera parte in hoc ipso momento mortis
Sigismundi exspectari poterat, quod orthodoxi nunc fortius illam
oppugnarent. Iamdudum enim ipsi hoc Interregnum exspecta-
verant. Certo, postquam anno 1596 Unio Brestensis promulgata
erat, schismatici multa rursum recuperaverant, licet modo non
semper legitimo. Tamen, Sigismundus semper Unionem pro-
texerat et postulationibus orthodoxorum nimis audacioribus fortiter

12) A. S. C. P. F. vol. 8, f. 27r, Num. 21. Occasio huius decisionis fuit querela
Nicolai Novatii, procuratoris metropolitæ rutheni: »Cum Rutheni uniti
non bene sibi affectum sentiant modernum episcopum Vlnensem Abraham
Voinam, ob præcedentiam quam sibi olim prætenderat dum erat suffra-
ganeus, supra Metropolitam Russiæ, ideo humillime supplicatur Eminen-
tiis Vestris, ut illis mediantibus moneatur per Breve Apostolicum, qua-
tenus insistendo vestigiis prædecessoris bon. mem. Volonicii, fraterne se
gerat cum Ruthenis catholicis et ipsorum negotia ac S. Unionem pro-
moveat« Scr. Rif. 392, f. 246r, de facto breve Apost. missum est die
29 Aprilis 1632, cfr. B. L. 2202, f. 61v-62r.

13) 1 Febr. 1632, Scr. Rif. 58, f. 61r et 3 Martii, ibid. f. 29r-30r.

14) ep. 28 Maii 1632, Scr. Rif. 58, f. 31r, partim publicata apud Šmurlo
p. 205.

15) Scr. Rif. 75, f. 220r-220v.

restituerat (16). Proinde, sicut Korsak scribit in epistula citata, vigilaverunt orthodoxi »ut, quod semper iactabant, interregnum res illorum e tenebris erutas in lucem tandem collocet« (17).

Ergo non videtur fuisse secretum in Polonia, quibus cum intentionibus orthodoxi expectarent mortem Sigismundi. Ideo aliquatenus miramur Nuntium de hoc nihil rettulisse, antequam iam inciperentur Comitia Convocationis. Neque in Archivio Vaticano neque inter documenta Propagandæ invenire potuimus epistolam vel notam vel aliquid huiusmodi, quo contrarium nobis probaretur. In actibus Congregationis prima mentio de his rebus facta est die 17 Augusti occasione epistolæ Nuntii de die 8 Julii. Comitium autem initiata sunt in fine mensis Junii. Aliquoties quidem Nuntius scripserat de periculis, quæ ab Interregno religioni causari possent, de schismaticis autem non locutus erat (18). Immo die 16 Junii scripsit dissidentes intendere occasione electionis proximæ emolumenta capere pariterque catholicos renovare velle antiquas suas controversias cum clero, nullum autem verbum fecit de orthodoxis, qui tamen tunc temporis iamdudum præparationes suas pro Comitii initiati erant (19). Eo magis id miramur, quod Visconti iam ante duos fere annos receperat instructionem, quæ ad Unionem quod attinet sequentia ei inculcaverat: »Quanto al secondo capo, che sono le chiese

16) cfr. ea quæ scripsit Nuntius die 8 Julii: »la S. Congregatione sente meritamente la morte del Re Sigismondo III di Polonia, perchè la sua vita non è stata altro che una continua militia per difesa e propagatione della fede cattolica, et hora apparisce pur troppo quanto temessero gl'avversarii l'ombra dell' autorità sua, perchè in questi Comitii, nei quali manca loro tal rispetto fanno tutte le pruove non solo per indebolire ma per estirpar fin dalle radici la S. Unione«, Scr. Rif. 336, f. 107r.

17) l. c. f. 220v. Eodem sensu incipit »Relatio de illis quæ acta sunt in causa Unionis Ruthenæ Ecclesiæ in Convocatione Generali Varsaviæ celebrata tempore Interregni anno 1632, Junii 22«, composita ab episcopatu rutheno et forsitan ab ipso Rutski. »Toto Ser.mi Sigismundi III Poloniæ Regis tempore, quod exegit post S. renovationem Unionis, np. 30 et amplius annis, nil frequentius schismatici in ore habuerunt quam Interregnum, sperantes futurum esse, ut tempore Interregni omnes suas exercendo vires, atque orbem terramque commovendo, ea qua pollent freti potentia, omnes episcopos unitos cum suo Metropolitanò de sedibus detruderent et in exilium ablegarent«, Scr. Rif. 336, f. 98r.

18) ep. 1 Maii 1632, N. P. 43, f. 103r-103v, 18 Maii, B. L. 6587, f. 182r-185v et 21 Maii, N. P. 43, f. 129r. Ex epistula 21 Maii citare placet: »sin hora, com'ho detto, non si vedono novità, stando ogni cosa nel'istesso termine di prima, come se'l Re fosse più tosto ritirato che morto, onde non possiamo così ben apprendere i pericoli che ci sovrastano, ne discorrerne per altro fine, che per non lasciar di scriver quello ch'occorre, è non dimetto opinione di qualche savio, che le cose non siano per esser se non torbide e Dio voglia che passino senza sangue civile«.

19) N. P. 43, f. 142r et nota, Nuntium hic loqui de comitiis provincialibus; etiam apparet eum cognovisse decisionem protestantium non veniendi ad electionem regis, antequam desideriis suis de re religiosa satisfactum esset.

e li boni loro con la Giurisdictione et immunità ecclesiastica, sono state recuperate molte chiese con i loro boni dalla pietà del presente re e particolarmente a tempo di Papa Clemente VIII, santa memoria. Uniendosi molti vescovi ruteni alla Chiesa Romana furono restituite loro molte chiese occupate prima dalli schismatici, la qual'unione fu comprobata con Regio decreto, nel qual proposito devo dir a V. S. che molte volte nelle Diete si è fatta istanza per la revocatione del sudetto Decreto con pretesto di dar soddisfattione a Cosacchi, che sono schismatici, de quali si haveva gran bisogno contro il Turco ma non si è mai dato orecchio a queste istanze, sarà dunque cura di V. S. operar che in questo particolare non si faccia novità» (20).

Omnis tamen explicatio huius facti non deest. Motus schismaticorum peracti sunt longe a Varsavia in provinciis orientibus et meridionalibus regni, difficilior ergo et tardior notitia de istis rebus usque ad Nuntium penetrare poterant. Et fortasse ipse attentionem longe maiorem tribuebat causae successione, quae ei non semel annuntiata erat ut negotium maximi momenti (21). Etiam admittere possumus Nuntium, antequam Romam scriberet, exspectare voluisse, quomodo intentiones orthodoxorum in concreto sese manifestarent. Et deinde notandum est epistulas supra citatas pp. 1 et 21 Maii et 16 Junii non notis secretis («chiffres»), sed integris verbis scriptas esse. Epistula 18 Maii talibus notis scripta est, sed illa tantum modo indirecto et generali res religionis tangit. Licet autem supponere Nuntium in his epistulis, quae primo aperiendi paterent, non clarescripsisse de difficultatibus cum orthodoxis. Semper enim timendum erat, ne in itinere amitterentur, raperentur vel alia huiusmodi (22).

II Præparationes Schismaticorum ad Comitia

Breviter, sed modo sat claro istae præparationes describuntur in Relatione iam supra memorata: «summa usi industria et celeritate intra duos fere menses intima Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae suis missis internuntiis permeant, per quos omnes praedictas regiones, earumque Palatinatus, Terras, Districtus, Civitates, Oppida Aulasque Dominorum Senatorum et Nobilium praecipue vero haereticorum et schismaticorum invisantes cum litteris et muneribus convenerunt contra sanctam

20) Instructio 30 Nov. 1630, N. P. 44, f. 10v.

21) Instructio citata in praecedenti adnotatione sic incipit: «Il più grave negotio, che può occorrere nel regno di Polonia in tempo della Nunziatura di V. S. è l'elettione del nuovo Re, se il presente che a Dio piace di conservar lungamente venisse a mancare» idem N. P. 44, f. 7v.

22) Revera non semel invenimus in manuscriptis notatum unam alteramve epistulam Romae non receptam esse.

concitantes Unionem et in nostram, si non vitam, ad minus deiectionem commoventes. Hi in particulari hæc effecerunt:

- 1° Fœdus iecerunt cum omnibus omnium sectarum hæreticis, tanquam arctum fœdus ut si res postularet schisma pro hæresi, hæresis pro schismate defendendo, mutuas copias mutuaque auxilia sint polliciti. Neque aut hæretici cum catholicis convenire statuerunt nisi schismaticorum affectationi satisfaceret, neque schismatici cum unitis convenire decreverunt priusquam petitis hæreticorum per catholicos annueretur, patet hoc ex confœderatione senatui nomine omnium oblata de qua alia pagina.
- 2° Omnes Protestationes, Querelas quibus totum Regnum 30 his annis contra unitos impleverant in unum congesserunt toti conventui exhibituri vindictam omnium contra nos inclamantes.
- 3° Omnes notas quascumque habere potuerunt congesserunt, quibus mentio antiqua fieret Patriarchæ Constantinopolitani vel ecclesiæ orientalis ut demonstrarent Russiam esse diocesim Patriarchæ Constantinopoleos ad eumque finem typo vulgarunt librum quendam Synopsin vel intellectionem omnium iurium suorum perque manus sparserunt in Comitiiis.
- 4° Omnem moverunt lapidem ut e pluribus Palatinatibus, Terris, Districtibus Nuntii nobiles eligerentur qui suas res viritim unitimque promoverent, quibus etiam reliqua nobilitas sub fide, honore et ultimo vitæ dispendio id muneris iniunxit per fraudem eorundem et incuriam — f. 98v — catholicorum ut ad nullos tractatus in Comitiiis accederent, priusquam res schismatis in vertice collocarent.
- 5° Kosakorum etiam exercitum totum contra unitos commoverunt ut publicam instituerent legationem ad conventum prædictum generale pro schismate erigendo evehendoque supplicaturi, alias patriæ exitium intenturi (1).

Tamen, ut melius rem perspectam habeamus, convenit singula adhuc breviter considerare.

Die 5 Maii, sex dies post mortem regis, Primas Poloniæ, Archiepiscopus Gnesnensis Johannes Weryk, qui iuxta leges tempore interregni gubernium tenebat, decrevit Comitia Convocationis initiari debere Varsaviæ die 22 Junii (2). Munus horum Comitiorum erat condere leges necessarias, ut tempore interregni pax et tranquillitas in regno observarentur, nec non statuere tempus et modum electionis novi regis. Secundum iudicia et querelas, quæ de modo regnandi regis demortui proferrentur, Comitia componere debebant »Pacta Conventa« a novo

1) Scr. Rif. 336, f. 98r-98v.

2) Vol. Leg. vol. 3, p. 343-344.

rege cum iuramento confirmanda. Accessus ad Comitata solis Senatoribus et Nobilibus patebat. Nobiles legatos suos eligere debebant in Comitibus provincialibus, ubi pro illis legatis etiam instructio redigebatur. Iuxta decretum Primatis hæc Comitata provincialia celebranda erant circa diem 3 Junii.

Sic ipso illo die 3 Junii convenerunt in Luck 200 nobiles e Volhinia duce Georgio Zaslawski (3), quem putat Viktorofski notum fuisse ut fautorem orthodoxiæ. Quamquam enim pater eius anno 1549 sese cum tota familia e schismate ad catholicismum converterat, nihilominus tum Georgius, tum frater eius Constantinus non semel laboraverant pro orthodoxia. Notandum etiam est neutrum ex iis regnante Sigismundo umquam obtinuisse munus aliquod vel officium publicum (4).

Comitata Luceoriensia non abscondebant mentem suam Unioni contrariam. Accusabatur rex defunctus, quod læsisset privilegia a prædecessoribus suis necnon a comitibus anterioribus stabilita. Præsertim questi sunt de beneficiis traditis «extraneis», i. e. iis qui Patriarchæ Constantinopolitano non subiecti erant, de exclusione schismaticorum a collegiis opificum et a magistraturis, de ecclesiis unitis concessis, de difficultatibus, quas orthodoxi experti sunt in ædificandis novis ecclesiis etc. Proinde, in instructione pro legatis ad Comitata hæc posita sunt:

- 1º Metropolita et episcopi eligi debent e nobilibus orthodoxis (ergo restauratio hierarchiæ orthodoxæ!),
- 2º sacerdotes schismatici cum ecclesiis suis liberi esse debent e vectigalibus,
- 3º rex legem ferre et cum iuramento confirmare debet, quæ libertas confessionis conceditur (5).

Quoad cetera comitata provincialia nihil invenimus præter parvam aliquam notam apud Golubief de Comitibus in Galitia (6). Fontem cl. auctor citat: «Acta interregni post smierci Zygmuntam III» e manuscriptis bibliothecæ imperialis russicæ. Neque Golubief videtur magis de illis aliis Comitibus invenire potuisse, ita ut supponere liceat aut quasi nihil de iis conservatum esse aut ibi nondum multum actum fuisse contra Unionem. De cetero notare licet ea, quæ scripsit Nuntius die 23 Junii: «I schismatici hanno fatto gran strepito ne' comitii particolari contro gl'uniti e pretendono con le loro esorbitanti pretensioni di — f. 2 v — distruggerli, domandando in particolare tutti i beni, che sono stati recuperati da loro in più occasioni e quello che

3) A. J. Z. R. parte 2, vol. 1. p. 173—180.

4) Viktorofski in Trudi 49 1908 vol. 3, p. 189, frater maior Georgii et Constantini n. p. princeps Alexander notus est ex historia Meletii Smotrycki, cfr. Guépin, p. 163.

5) A. J. Z. R. loc. cit. p. 181—200, instructio data est 9 Junii.

6) vol. 1, p. 455—456.

mi ha sommamente scandalizzato è che nel Palatinato di Volinia, ove è pur numero grande di nobiltà cattolica, sono passate tutte le loro proposte senza contradictione, effetto dell'aversione che hanno qua universalmente, come ho scritto più volte alla Sac. Congregatione, da questi uniti e dalla loro propagatione (7). Ex his fortasse concludere possumus Comitata illa Luceoriensia plus quam alia contra Unionem sævisse.

Sed et inferiores ordines populationis orthodoxæ pro defensione suæ religionis statim sese movere cœperant. Activitatem eorum præsertim videmus apud confraternitates. Quamquam diminutus per institutionem hierarchiæ orthodoxæ, cui etiam præparabant difficultates quasi continuas, tamen influxus harum confraternitatum erat adhuc sat magnus. Constituebant quasi repræsentationem quandam populationis schismaticæ apud gubernium et divitiarum suarum gratia multa efficere poterant. Sed, proh dolor, illarum activitas non semper imbuta erat spiritu christiano.

Quoad res nunc ab illis pro religione orthodoxa peractas auctores præter aliqua sat generaliter dicta non multum nos docent. Iuxta Krilofski confraternitas Leopoliensis duo e suis membris deputavit ad Comitata provincialia Vicniæ (8). Sed, cum nota relativa in libro rationum, quem citat Krilofski, signata est sub die 10 Augusti, putamus hic potius agi de Comitibus provincialibus, quæ Comitibus Electionis antecedeant (9). Nihilominus probabile manet confraternitatem illam etiam ad prima Comitata invitata fuisse; hoc enim sæpe fiebat.

Vilnæ hac activitate politica sola non contenti erant. Sodales confraternitatis S. Spiritus probe perspiciebant in proximis Comitibus summi momenti futurum esse, quod orthodoxi postulata sua e fontibus historicis et iuridicis probare possent. Ideo composuerunt libellum quendam inscriptum: «Synopsis albo krotkie spisanie praw, przywileiow, swiebod i wolnosci od najasnieszych sw. pamieci Krolow Ich Milosci Polskich y Wielkich Xiazat W. X. L. y Ruskiego et cæt. et cæt. Przezacnemu Starowiecznemu narodowi Ruskiemu, pod posluzenstwa sw. Ojca Patriarchy Konstantinopolskiego stale i nieodmienne od okrzeczenia sie swojego trwajacemu nadanych y poprzysiezonych», — ergo collectionem iurium et privilegiorum a regibus præteritis ecclesiæ orthodoxæ in Polonia et Lithuania concessorum (10).

Scriptum duplicem habebat scopum: primo, ostendere Russiam ab ipso initio conversionis suæ semper pertinuisse ad patriarchatum Constantinopolitanum, et deinde: in partibus Rus-

7) Theiner, p. 395.

8) A. Krilofski: Ljvofskoe stavropigialnoe bratstvo, Chiovix 1901, p. 104.

9) A. J. Z. R. parte 2, vol. 2, p. 383.

10) Synopsis in lucem edita est in A. J. Z. R. parte 1, vol. 7, p. 537—576.

sive meridionalis ante finem sæc. XVI Unionem numquam existisse. Ex his sequi debebat unitos sine ullo iure pro se vindicare beneficia et privilegia, quæ a regibus Poloniæ data erant schismaticis. Existentia Unionis ante finem sæc. XVI secundum orthodoxos erat «myristificatio quædam historica». Makarii putavit ut auctorem huius Synopses indicari debere rectorem scholæ confraternitatis Vilnensis, Iosephum Bobrikovic, nullam tamen pro ista opinione attulit rationem (11).

Synopsis non erat primum opus huius generis. Anno 1617 Leo Creusa publici iuris fecerat librum suum «Defensio Unionis», cuius tertia et quarta pars ita inscribuntur: «Quomodo baptizata sit Russia» et «De nuper facta Unione cum Romana Sede». Ei responderat Zacharias Kopistenski, qui anno 1621 edidit suam «Pallinodiam», ubi in parte tertia et quarta agit de questionibus: «Ex Constantinopoli et non e Roma Russia accepit Baptismum» et «Non Græci a Latinis, sed ex vice versa Papa et Latini a Græcis defecerunt». Operæ esset proinde pretium investigare, an Synopsis, quæ saltem semel Pallinodiam citat, revera ab illa dependeat an non (12).

Hoc opusculum, quod, ut videbimus, ab erroribus historicis non erat omnino liberum, a confraternitate omnibus senatoribus et deputatis nobilibus in Comitibus missum est una cum epistula, in qua miseræ conditiones orthodoxiæ depingebantur (13).

Inter defensores orthodoxiæ sine dubio etiam numerandi sunt Cosacchi. Novimus, quomodo sese gesserit dux eorum Nahirajko tempore Synodi Brestensis, et quales partes habuerint Cosacchi in restitutione hierarchiæ orthodoxæ anno 1620. Etiam postea auxilium eorum aliquando invocatum est, licet quoad hoc inter ipsos orthodoxos opiniones divisæ essent (14).

Negari non potest Cosacchos ad tales partes sustinendas occupasse positionem optimam. Regno Poloniæ enim necessarii erant, ut defenderent fines contra Turcas et Tartaros. Ideo, etiamsi gubernium conabatur per perscriptionem et mutationem domicilii præsertim tempore pacis coercere Cosacchos, tamen numquam in his multo severe progredi poterat; secus enim auxilia pretiosa a se alienasset. Ut primum rursus imminuerunt

11) *Istoria ruskoj cerkvi* vol. II, Petropoli 1882, p. 420—421.

12) cfr. Dr. A. Isak: *De Zacharia Kopytensky etiusque Pallinodia*, *Bohoslovja* 8 (1930), p. 192—193. *Defensio Unionis et Pallinodia* habentur in *R. I. B.* vol. 4, col. 157—312 et 313—1200.

13) epistula habetur *A. J. Z. R.* loc. cit. p. 334—337.

14) «Die Not lässt sie sogar den ihnen nichts weniger als sympathischen Charakter dieser Macht übersehen, sie sehen in ihr nichts als ein oppositionelles Element, das durch Einheit der Nationalität und des Glaubensbekenntnisses mit ihnen verbunden ist, und diese Einheit allein ist es, um derenwillen sie seine Hilfe anrufen», M. Grusevski: *Geschichte der Ukraine*, parte I, Leopoli 1916, p. 223.

pericula belli — non raro ab ipsis Cosacchis provocata! — illis multum indulgere gubernium coactum erat. Is autem erat præcise status rerum tempore mortis Sigismundi III. Propter bella imminencia iam mense Februarii in ultimis Comitibus Archiepiscopus Gnesnensis suaserat collegis suis, ut facerent solvere Cosacchis stipendia adhuc debita, ne in bello futuro auxilium suum negarent (15). Brevi autem tunc apparuit Cosacchos solo stipendio nondum satisfactos esse; multas enim querelas proferebant de suppressionibus orthodoxorum ab unitis (16). Sigismundus responsum directum tunc declinavit. Nunc autem, rege mortuo, etiam Cosacchi desideria sua impleri volebant, non tam ut liberarentur ab oppressionibus unitorum, quam ut ipsa Unio penitus deleteretur.

Convenientes die 3 Junii in Przyluki elegerunt sibi quatuor delegatos ad Comitibus Convocationis. In instructione illis data prætendunt Unionem attulisse miseras, inquietudines et difficultates super populum Russorum. Religio græca antea semper a regibus privilegiis confirmata non amplius tranquille exerceri potest, ecclesiæ derelictæ sunt, sacerdotes opprimuntur, infantes non baptizantur, matrimonia celebrantur sine benedictione sacerdotali, homines moriuntur absque sacramentis, filii ecclesiæ græcæ increpantur ut »schismatici« etc. Comitibus ergo restituant quietem et libertatem. Beneficia non amplius tradantur unitis, et ii, qui secreto sese in ecclesiam intruserint, eiciantur ut rebelles. Præterea Cosacchi putabant se propter sua merita exigere posse, ut et ipsi admitterentur ad electionem novi regis. Postremo, si Comitibus fortasse eorum desideria implere nollent, Cosacchi minabantur se adhuc habere alia media ad procurandam tranquillitatem conscientiae suæ (17). Ut confirmaret adhuc influxum legatorum, dux Cosacchorum Ivan Petrzycki rogavit principem Ostrogski, ut adiuvaret illos in Comitibus (18). Numquid putabant Cosacchi Archiepiscopum Gnesnensem sibi favere propter ea, quæ dixerat in ultimis Comitibus? Saltem notare licet illos etiam Primati scripsisse petentes, ut eligeretur Ladislaus et ut restituerentur iura ab Unione læsa (19).

Considerantes multiplices istas præparationes a laicis orthodoxis factas quærendum etiam putamus, quales partes sumpserit in illis clerus orthodoxus. Hic tamen meminisse convenit hier-

15) Žukovic p. 151.

16) Notum esse supponimus has querelas omnino inanes fuisse. Postea videmus unitos a possessione ecclesiarum etc. in regione Cosacchorum destituisse, præcise quia Unio ibi existere non poterat.

17) instructio et epistula utraque data 9 Junii, Golubief, p. 1, app. p. 403—407.

18) A. J. Z. R. parte 3, vol. 1, p. 326—327, epistula signata est 9 Junii. Quamquam hic certe sermo est de uno e nepotibus principis Constantini noti e pugna contra Unionem Brestensem, tamen non clare apparet, de quo præcise agatur.

19) Golubief loc. cit. p. 401—403.

archiam orthodoxorum adhuc illegitimam fuisse, quia deerat ei necessaria confirmatio regis. Difficiliter proinde episcopi pugnae apertae contra Unionem praesse poterant et admittere debemus hoc potius clerum inferiorem fecisse.

Tamen documenta quoad hoc tantum habemus respectu unius personae, quae etsi non episcopus, nihilominus inter orthodoxos locum occupabat valde eminentem, nempe Archimandrita Laurae Cryptarum Chioviae, Petrus Mogila.

Relinquentes quaestionem, an ipse umquam sincere de admittenda Unione cogitaverit (20), aliam quaestionem breviter considerare volumus, n.p., qualia fuerint motiva activitatis ab eo hac occasione ostensae?

Principalis eius biographus Sergius Golubief non negavit Mogilam iam post mortem Metropolitae Job Borecki cogitasse de obtinenda hac dignitate et cum hoc scopo tunc sese etiam aliquantulum indulgentem ostendisse in controversia inter scholam suam novam et antiquam illam Confraternitatis Chioviensis (21). Spes eum fefellit, successit Isaia Kopinski. Mogila non destitit ei adversari, et fortasse non nimis temerarium esset supponere eum hoc Interregnum praesertim considerasse ut medium peroptimum ad proposita sua perficienda, quod, ut videmus, a factis aliquantulum confirmatur. Nihil autem obstat, quin opinemur hoc etiam coniunctum esse cum certamine contra Unionem. Non putamus defensionem orthodoxiae solummodo fuisse praetextum, quo verae intentiones archimandritae celari deberent.

Secundum Golubief Mogila conatus est sese coniungere cum variis ordinibus populationis schismatica, sed omisit cl. auctor de hoc nobis aliqua particularia communicare. (22). Habemus tantum epistolam, quam Mogila die 12 Maii, ergo paulo post mortem Sigismundi, scripsit Christofo Radzivil, noto Calvinistae. Epistula laudat illum, qui semper fuerit orthodoxiae amicus atque defensor. Nunc ergo praesertim ostendere velit benevolentiam suam, quia nunc pateat occasio orthodoxiae liberandae. Omnes respicere se, Mogilam, propter altum suum officium, ideoque sese obligatum putare, invocare auxilium principis, ut vires orthodoxiae augmentarentur. »Ubi veritas, ibi Deus, veritas autem nobiscum, solummodo oportet unanimiter agere. Nunc non est tempus dormiendi!« Princeps adiuvari potest atque debet (23).

20) Malvy de hoc argumento collegit aliquas indicationes, p. XI–XII et XVI–XVII.

21) Golubief, parte 1, p. 428–432.

22) praecise sub hoc respectu Petrof notavit Golubief participationem Mogilae non ubique modo sat sensibili demonstrasse, Z. M. N. P. 1884, vol. 1, p. 161.

23) A. S. vol. 7, p. 90–91.

Clerus chioviensis bene sibi conscius Mogilam magno in fluxu gaudere in favorem orthodoxiæ elegit eum delegatum suum in Comitibus.

Epistula illa a Mogila scripta Radzivili iam signum est quoddam fœderis hac occasione conclusi orthodoxos inter et protestantes. Ipsos quod attinet, protestantes pro libero exercitio suæ religionis fundamentum aliquod iuridicum obtinere volebant fortius atque magis positivum quam Confœderatio Varsaviensis anni 1573. Promissio enim tunc data et ab unoquoque novo rege renovata expressa erat verbis ita generalibus atque indefinitis, ut solummodo benevola interpretatio aliquatenus libertatem religionis protegeret (24). Sic, contra adversarium communem schismatici et hæretici discrimina inter se vigentia obliti sunt, quia: »Ea est hæreticorum et schismaticorum contra Sanctam Romanam Ecclesiam et illi subiectos catholicos concordia, ut licet in articulis plerisque toto, ut aiunt, cœlo distent, tamen in odio erga Sponsam Christi iunctis manibus procedant. Ut enim virtus, ita et vitium unitum fortius« (25).

Postremo nobis adhuc loquendum remanet de relationibus Cyrilli Lucaris cum orthodoxis Poloniæ in hac causa. Nam etsi Cyrillus illis hic auxilium directum non præstitit, tamen firma convictio, quam orthodoxi habere ostendebant, eum numquam fidem suam negaturum esse ipsis erat quasi quoddam subsidium morale contra catholicos. Deinde breve studium de his relationibus etiam utile erit ad intelligenda aliqua, quæ in documentis nostris occurrunt.

Patriarcha non erat extraneus in Polonia. Ab anno 1596 usque ad 1601 ibi degerat ut exarcha patriarcharum Constantinopoleos atque Alexandriæ et qua talis etiam adfuerat in contra synodo Brestensi. Postea rector fuerat academix Ostrogiensis. Relinquens Poloniam scripserat episcopo latino Leopoliensi epistolam 21 Jan. 1601, in qua sese sat benevole expresserat de conformitatibus inter ecclesiam romanam et orthodoxam existentibus, quin tamen de Unione directe egisset (26). Secundum

24) cfr. Völker, p. 150—158 et 241—242. Textus Confœderationis in Vol. Leg. vol. 2, p. 124, num. 3.

25) sic incipit Relatio quædam Comitiorum Electionis, de qua adhuc loquimur. Korsak in sua epistula 5 Julii scripsit schismaticos victoriam expectasse »inito cum omnibus hæreticis Regni et M. D. L. fœdere et Kosakorum freti potentia«, Scr. Rif. 75, f. 220r.

26) Hofmann, p. 15—19, etiam quoad duo alia scripta Cyrilli, quæ Ecclesiæ catholicæ favere videntur. Epistolam anni 1601 probabiliter Romam portavit Raphael Korsak, quando anno 1633 illuc venit. Habetur enim in Archivio Prop. alia adhuc copia præter illam, quam notat Hofmann, np. Scr. Rif. 76, f. 146r—149r, et ita inscribitur: »Havendo Mons. Vescovo di Pinsco portata una lettera del Patriarca Cirillo da lui scritta nel 1601« — hic sequitur compendium epistolæ — »pare che sarebbe ...« etc. Ultima autem linea legitur: »die 13 Februarii 1634, Congr. 189«.

Allatium rursum fuit in Polonia anno 1620, antequam factus est patriarcha Constantinopolitanus. Certum est eum intimas relationes cum schismaticis Poloniae coluisse (27). Magna autem inquietudo inter istos excitata est, quando audierunt eum inclinare ad Protestantismum. Non est, cur in hoc multum insistamus, eo magis quod recenter de his rebus bis scriptum est (28). Unam tantum quaestionem cum documentis ad nostram causam pertinentibus illustrare licitum sit.

Meletius Smotrycki bis — anno 1627 et 1629 — rogaverat Cyrillum, ut per professionem non ambigam tolleretur inquietudines Ruthenorum. Patriarcha autem non respondisse videtur (29). Invenimus tamen aliquas affirmationes, quae dicunt eum Ruthenis scripsisse et quidem praecise relate ad quaestionem professionis fidei. Sic e. g. Nuntius scripsit die 7 Junii: »Intanto io non manco di portar con chi bisogna gl'interessi di questi figli nuovamente reconciliati a S. Chiesa. Com'anco non ho mancato d'inculcar gl'errori del Patriarca Cirillo molto ben conosciuto in queste parti, nelle quali ho anco veduto lettere di suo pugno in mano di Mons. Metropolita di Russia che disse volerli inviar alla S. Congregatione« (30). Hic non agitur neque de epistula anni 1601, quae enim iam a P. Skarga in Polonia publici iuris facta erat (31), neque de alia epistula Cyrilli prima vice edita a P. Hofmann, quia ista data est post 8 Novembris 1632 (32).

Epistula autem, de qua hic sermo est et quam hucusque nondum invenimus, scripta esse videtur non Meletio Smotrycki, qui responsum rogaverat, sed populo Ruthenorum in genere, qui, ut patet, in maiorem adhuc deveniebat confusionem, quando mense Martii 1629 apparuit professio fidei in lingua latina sub nomine Cyrilli. Ita putamus, quia scripsit Korsak: »Quod attinet ad professionem Cyrilli Constantinopolitani Patriarchae, negant omnino illius esse schismatici, sed confictam dumtaxat. Iactant se contrarium scriptum recepisse a dicto patriarcha, sed nobis nolunt ostendere secundum illud: qui odit lucem etc.« (33). Et fortasse hoc confirmatur ab ipso Cyrillo, in quantum np. scripsit se Meletio non respondisse: »Quando hic erat (np. Smo-

27) cfr Malvy p. XXXV, ubi citantur duae epistolae Cyrilli, quibus anno 1610 sese interposuit in controversia de sede episcopali leopoliensi inter Isaiam Balaban et Eustachium Tarassowic.

28) Malvy, p. XXX—XLIII, Hofmann, p. 27—30.

29) Hofmann, p. 29.

30) Scr. Rif. 58, f. 33r.

31) P. Skarga: »Kazania przygodne y inne drobnieysze etc.« parte 2, Vilnae 1738, p. 80—82, editionem antiquiorem non praemanibus habuimus.

32) Hofmann, p. 29 et 93—96.

33) Scr. Rif. 75, f. 221r, sic Nuntius scripsit 16 Sept. 1632: »dicono esservi una lettera del medesimo Patriarca, che avvisa i suoi esser supposta anco la confessione calviniana, che va attorno stampata«, Scr. Rif. 58, f. 40r.

trycki), non se declarabat, regressus in Poloniam, appetitus ei venerat homini ocioso, mecum competere et se clariorem in sua apostasia pontificiis monstrare. Silentio confodere traditorem elegit (34). Ea quæ scripsit Korsak, vix non provocant suspicionem totam illam historiam sic dictæ epistolæ Cyrilli esse tantummodo falsificationem ab orthodoxis inventam. Sed quid quid est, certo schismatici Poloniæ credere volebant Lucarim ad hæresim Protestantismi transisse, semper eum habebant ut »columnam orthodoxiæ«, cui firmiter sese coniungere volebant (35).

III Comitia Convocationis

1. Quomodo recepti sint Uniti.

Consideratis præparationibus orthodoxorum non possumus intactam relinquere quæstionem, quomodo uniti sese ad defensionem paraverint. Proh dolor tamen fontes, quos præ manibus habere potuimus, perpauca nobis de hoc argumento communicant. Verisimile est in archiviis Poloniæ plura adhuc inveniri, quæ nobis hic valde utilia essent. Sic e. g. epistolæ, quibus Metropolita Rutki instantissime supplicabat magnates polonos et lithuanicos, ut defenderent Unionem oppressam (1), vel protestationes ceterorum episcoporum unitorum, qui contra imminentem suppressionem sedium suarum adducebant litteras confirmatorias a rege sibi concessas, vel denique relationes comitiorum quorundam particularium, ubi maioritas catholicorum adfuit et deputatis iniunxit, ne ulli decisioni in rebus religiosis votum suum præstarent, quia quæstiones religionis non essent de competentia horum comitiorum Electionis (2).

Estne iam tunc temporis a catholicis responsum Synopsi? Habemus duos sermones clarissimi prædicatoris polonici P. Fabiani Birkowski O. P. (3), eodem anno 1632 Cracoviæ publi-

34) Hofmann, p. 95.

35) Iam vidimus Lucarim etiam secreto tractasse cum Cosacchis. Estne hoc factum cum scopo illos concitandi contra Turcas? Notum est Cyrillum postea de hoc accusatum esse, cfr. Pastor, p. 760. Memoria plane digna etiam illa sunt, quæ scripsit Pastor de partibus, quas habuit Cyrillus in excitandis Cosacchis contra Unionem: »Als genauer Kenner der polnischen Verhältnisse, erfasste Lukaris vielleicht als erster die Bedeutung der kosakischen Frage als ein Mittel, für das polnische Reich eine überaus ernste Gefahr auf politischem Gebiet heraufzubeschwören und zugleich der schismatischen Kirche, deren Oberhaupt er geworden war, zum Siege über die verhasste Union zu verhelfen«, vol. 12, p. 496.

1) Golubief, vol. 1, p. 469, ubi citatur: »Ruk. Lvja Kiski, chranjasc. v Pere-misl. archivje.

2) ibid.

3) Birkowski ab anno 1611 prædicator fuit in aula principis Ladislai, a contemporaneo quodam laudatur uti: »philosophus admirabilis, theologus incomparabilis atque orator inter eruditos sui temporis Verbi Dei præcones longe eruditissimus eloquentissimusque«, cfr. Encyklopedja koscielna, vol. 2, Varsaviæ 1873.

catos sub titulo: »O exorbitancyach, Kazania dwoie, przeciwko niewiernym, heretykom odszczepienkom y nowym politikom, Wierze s Katholickiey Rzymskiey y Duchowienstwu nieprzyiaciolom« (4). Illos invenire et inspicere non potuimus, quod ex duplici ratione dolemus. Primo, quia scire voluimus, an revera respondeant schismaticis, et deinde, quia operis pretium fuisset inquirere, an forte Birkowski fuerit unus ex illis prædicatoribus, qui secundum Golubief vocabant religionem dissidentium et schismaticorum damnatam, oriundam a falsis prophetis, ducemque animarum et corporum ad perditionem, et qui accusabant pastores protestantes de commercio cum diabolo, qui, uno verbo, permittebant sibi tales impetus contra non catholicos, quales tantum ab infensissimis fanaticis proferri solent (5). Titulus opusculi cuiusdam noti scriptoris ascetici P. Nicolai Lancicii, vel potius Leczycki, supponere fecit nos fortasse hic habere responsum catholicorum ad Synopsim; audit enim: »Octo monita polonice impressa anno 1632 cum superiorum licentia, Varsaviæ sub tempore Comitiorum pro novi regis electione post obitum Sigismundi III, in dictorum proposita ne quid contra immunitatem ecclesiasticam statuerent, uti quidam politici moliebantur, sed nihil effecerunt« (6). Agit tamen modo exclusivo de bonis ecclesiasticis in genere vel Ecclesiæ latinæ in Polonia et Unionem silentio prætermittit.

His paucis indicationibus omnia, quæ de præparationibus unitorum dicere possumus, exhausta sunt. Et quamquam in archiviis Poloniæ certo adhuc plurima invenienda essent, tamen obliviscendum non est catholicos Unioni paucum favisse ideoque ad eam in proximis Comitiiis defendendam non valde proclives fuisse. Querelæ Rutski et Visconti hoc abundanter confirmabunt. Notare etiam licet Relationem iam citatam ne uno quidem verbo loqui de præparationibus catholicorum (7).

Quales fuerint generatim opiniones circa Unionem, manifeste apparet e modo, quo uniti venientes ad Comitia recepti sint. Episcopi uniti (8) subito adierunt principem Ladislaum et Regni magnates, ut illis Unionem recommendarent; sed ab omnibus istis maxime admoniti sunt, ut cederent schismaticis illisque relinquerent saltem aliquid e bonis ecclesiasticis. Ut

*4) cfr. K. Estreicher: Bibliografia Polska, vol. 3, Cracoviæ 1894, p. 141, col. 1.

5) Golubief loc. cit. p. 476: iuxta eum sermones aliquantulum posterius habiti sunt.

6) cfr. Sommervogel: Bibliothèque de la Compagnie de Jésus, vol. 4, Bruxelles 1893, col. 1451, ipsum opusculum invenitur in: Nicolai Lancicii e Soc. Jesu Opusculorum Spiritualium tomus secundus, Antverpiæ 1650, p. 666v-687.

7) cfr. supra p. 5 et 7-8.

8) Aderat iam Metropolita Rutski cum suffraganeis suis episcopis Luceo-riensi et Chelmensi, quibus paulo post se coniunxit episcopus Pinscensis, Coadiutor Metropolitæ, Raphael Korsak; cfr. ipsius ep. 5 Julii, loc. cit.

pro tali consilio argumentum haberetur, depingebant unitis pericula, quibus circumdata esset Respublica Poloniæ, et dicebant impossibile esse implere desiderium episcoporum n.p. quærere et attendere permissionem S. Sedis. Secus enim per aliquos menses exspectandum esse, at ne unius quidem mensis dilatationem permitti posse. Nuntius suasit episcopis unitis, ut ex ipsa re sibi efformarent aliquod iudicium, et theologi quidam ab ipsis consultati arbitrati sunt illos aliquid schismaticis concedere posse, dummodo ne læderetur eorum iurisdictio (9).

2. Postulata Schismaticorum.

Sic tandem aliquando die 22 Junii Comitia cum solemnī Missa de Spiritu Sancto inaugurata sunt. Eodem die »maresciallus delegatorum« electus est notus calvinista Christoforus Radzivil. A Nuntio hoc factum considerabatur ut signum clarum segnitiae religiosæ catholicorum. E contra Golubief putat hanc electionem omnino regularem fuisse, non solum propter numerum maiorem dissidentium, qui aderant, sed etiam quia iuxta ordinem Lithuaniae ius fuerit, ut haberet maresciallum, ex nobilibus autem lithuanicis nemo certe ausus sit cum principe Radzivil ad hoc officium æmulari (10). Quæstio hæc forsitan solvi posset, si præ manibus haberemus diarium comitiorum, quod tamen nondum est editum. Eo maioris valoris nobis erunt notitiæ e documentis romanis de eventibus nunc considerandis (11).

Ex ordine senatorum perpauci ad Comitia convenerant, putabatque Nuntius multos alios non venturos esse: »Tanto più che si tiene non habbia di trattarsi in questo congresso d'altro che del tempo e luogo per quella (i. e. Comitia Electionis) e dell' assicuratione dell' Interregno« (12). Sed multi delegati plane contrarium sentiebant. Tum schismatici, tum protestantes instructionibus sibi datis fideliter obsequentes declarabant se ad nullum laborem paratos esse, priusquam satisfaceret desideriis suis (13). Simile quid declaratum est etiam a catholicis respectu eorum querelarum contra clerum (14).

Unum hic ex omnibus documentis clare patet n.p. magnus influxus Cosacchorum. Legatis suis hic Varsaviæ agitantibus, ipsi, uti videtur, sese congregaverunt in unum locum cum scopo manifesto timorem inculcandi Comitiiis. Iam die 28 Junii Nun-

9) cfr. Relationem in Append., nr. 5.

10) Golubief loc. cit. p. 470-471, cfr. ep. Visconti 23 Junii, Theiner, p. 394.

11) Golubief publicavit fragmenta quædam e diario, quibus, ut patet, utemur.

12) epistula 23 Junii, Theiner, loc. cit.

13) cfr. Relationem in Append., nr. 5.

14) »questi, come gli heretici e scismatici dicono liberamente che non verranno all'electione del Re, prima che siano conclusi tutti i punti sudetti«, ep. 23 Junii, Theiner, loc. cit., idem in ep. 30 Junii N. P. 45, f. 39r-42r.

tius scripsit plus quam 30 milia Cosacchorum congregatos esse (15). Legati iuxta instructionem sibi datam postulabant, ut admitterentur Cosacchi ad electionem novi regis et ut destrueretur Unio. Facile est intellectu priorem postulationem valde excitasse indignationem nobilium, quorum privilegium erat eligere regem (16). Tamen omnia negare impossibile erat; in hoc casu enim Cosacchi certe negarent auxilium suum in bello futuro (17); immo iam apparuit periculum illos tunc violentiis responsuros esse ipsis nobilibus. Nam dux Cosacchorum Pe trzycki die 1 Julii iterum scribens principi Ostrogski enixe rogavit, ut defenderet illos, et adiunxit Cosacchos absque auxilio principis nescire, quomodo sese salvarent, et necessitate coactos arma corripere debere (18).

Et de facto videntur Cosacchi sese movisse versus Septentriones. Princeps Ostrogski timore captus, ne devastarentur bona sua, misit quendam Vaclavum Wysotravka, ut inquireret, quantae essent copiae qualesque intentiones Cosacchorum. Ille Wysotravka die 6 Julii nuntiavit domino suo se Cosacchis obviam venisse apud Cudylkov in Volhynia, reveraque intentionem eorum fuisse aggredi bona principis. Post aliquas negotiationes tamen Cosacchi decreverunt manere in Polesia inter Uman et Ovpuc ibique expectare reditum legatorum a Comitibus. Wysotravka putavit numerum eorum fuisse ad 16 milia, i. e. Cosacchorum registratorum, sed ultra illos vidit adhuc magnam multitudinem praesertim agricolarum, ita ut fortasse numerus duplicandus esset (19).

Haec omnia certo timorem inculcabant nobilibus, ne et ipsi vim paterentur, si desideriis Cosacchorum contradicere ausi essent. Et quia nullo modo admittere volebant Cosacchos ad electionem regis (20), eo ipso paratiores fiebant ad consentiendum illis in

15) «si son già messi in armi in numero di più di 30 m. e vengono radunandosi in maggior numero per sostenere le loro pretensioni», N. P. 43, f. 157r, die 3 Junii loquitur de 44 m. (N. P. 45, f. 16r), die 8 Julii de 30 m. (Scr. Rif. 336, f. 107r), sicut et Rutski die 5 Julii (Scr. Rif. 75, f. 221v).

16) «hanno molto turbato l'animo questi signori, che vi considerano intrinsecamente misterii molto rilevanti: pretendono cosa insolita nel primo punto, toccando solamente alla Nobiltà della quale essi (sc. Cosacchi) non fanno professione, l'eleggere il Re» nota de die 28 Junii, N. P. 43, f. 157r, post duos dies Nuntius quoad hoc scripsit: «ai quali (sc. Cosacchi) se s'aprisse la strada di concorrere nell'elettione del Re, s'introdurrebbono ben presto i disordini, che diedero l'ultimo crollo alla caduta dell'Imperio Romano, e che hoggi minacciano l'istesso sorte all'Ottomano», N. P. 45, f. 42r.

17) die 23 Junii Nuntius scripsit Archiepiscopum Gnesnensem hoc periculum indicasse, Theiner, loc. cit.

18) A. J. Z. R. parte 3, vol. 1, p. 328—329.

19) ibid. p. 330—332, collato hoc numero cum illis a Nuntio et a Rutski datis fortasse licet concludere circa 25 m. Cosacchorum congregatos esse.

20) Dixerunt enim: si Cosacchi putant se pertinere ad corpus status Poloniae, sciant se ad illud pertinere sicut crines et unguis ad corpus humanum, quae np. resecantur, quando nimis longe crescunt; diarium Alberti Radzivil apud Golubief, vol. 1, append. p. 426—427.

causa religiosa. Nescimus, unde audierit Nuntius et ipsum Mogilam fortasse admittere velle Unionem, sed certo bene indicavit, quomodo res sese haberent, quando scripsit neque Mogilam neque nobiles ausos esse favere unitis propter timorem Cosacchorum (21). E contra vix non omnes incipiebant nunc suadere unitis, ut concederent schismaticis saltem dimidium bonorum ecclesiasticorum. Fortasse ex hoc ortum habuit rumor Ladislaum, qui eiusdem erat opinionis, præstare auxilium Cosacchis (22).

Sic præterierant duæ hebdomadæ in controversiis inutilibus sine ullo effecto positivo et remanebat una tantum hebdomada, antequam terminarentur Comitia (23). Tunc, primis diebus mensis Julii schismatici una cum protestantibus obtulerunt catholicis scriptum quoddam, quod desideria eorum »in concreto« continebat, cuiusque textus hic sequitur (24):

In causa hominum græcæ religionis
circa obedientiam Domini Patr. Constantinopolitani Ecclesiæ Orientalis
similiter et aliorum in religione dissidentium.

Quandoquidem non tantum ex memoria hominum, verum etiam ex ultimi interregni volumine legum scriptarum cognoscimus, quod maiores nostri, sicut de remediis vulnerum et excessuum Reipublicæ, ita peculiariter de pace et de libertate hominum christianorum in fide dissidentium diligentissimam curam in Convocatione Varsaviensi gesserunt. Idcirco hoc etiam vitio verti non debet modernis hominibus Religionis antiquæ

- 21) »se bene la nobiltà scismatica volesse piegare, nondimeno si riterrà di farlo per timor de medesimi, la violenza e minacce de quali è sempre causa che non si propaghi con quella felicità, che forse seguirebbe, la santa Unione, e l'Archimandrita di Chiovia, soggetto di molto seguito, per la stima della sua famiglia, che è venuto qua contro gli uniti, dicono non sarebbe forse molto alieno dell'unirsi anch'egli, se non temesse i Cosacchi, appresso a quali è in sospetto, e corse perciò pericolo a mesi passati d'essere da loro amazzato, siccome mi disse appunto Sua M.tà«, ep. 30 Junii, N. P. 45, f. 39v.
- 22) »Sua M.tà con molti altri tengono, che gli uniti ruteni debbono condescendere a rilasciar qualche cosa del loro, presupponendo che non si possa resistere alla forza degli eretici e Cosacchi armati in numero di 44 m. e propongono già che gli scismatici pretendono tutti i beni ecclesiastici, che possiedono gli uniti, al meno si rilasci loro la metà... — f. 16v — Qui dicono che i Cosacchi si movino ad istanza di S. M.tà, e che già habbia sborsato loro buona somma di danaro«, ep. 3 Julii, N. P. 45, f. 16r-16v.
- 23) »Passano fin qui le giornate della convocatione senza stabilirsi alcun negotio e dovendo terminare secundo l'appuntamento gli 14 del corrente, si può credere, che determinandosi in così poco spatio il tempo e luogo per l'elettione e la sicurezza dell'Interregno [materie che propriamente spettano (esclusane ogn'altra) a questo convento] gl'altri negotii siano per lasciarsi alla Dieta dell'elettione«, nota 8 Julii, N. P. 43, f. 170r.
- 24) hoc factum est ante diem 6 Julii, quia illa die Archiepiscopus Gnesnensis cum aliquibus catholicis iam de illo scripto deliberavit, cfr. Golubief loc. cit., p. 427.

Ruthenicae Orientalis Ecclesiae, et cæteris de religione dissidentibus, quod etiam ipsi, exemplo maiorum ducti, per suos inter nuntios ad præsentem Interregni convocationem (post graves et intolerabiles iniurias sibi allatas) vulnera sua foro competentissimo detulerunt.

Et quoniam illud tempus antecessores modernorum dissidentium fefellit, ut ex Convocatione ad Electionem (quod in actis est) trahi se permetterent, ideo homines antiquæ religionis græcæ erroris huius eventum per quadraginta annos, et alias paulo minus varias iniurias exsolvendo, merito nunc supplicant et futura prævidendo incumbunt ne ad indicendam Electionem accedatur, antequam inter alia vulnera et exorbitationes Rei publicæ ipsorum securitati et libertati totaliter ex nunc pro videatur. Has vero petitiones suas in his præsertim punctis fratribus suis utriusque ordinis exponunt:

- 1 Privilegia in præiudicio antiquorum privilegiorum, commissiones, universalia, mandata, interdicta ædificandarum synagogarum, et contra ædificatores pœnarum impositiones, degradationes, suspensiones, magistratuum sequestrationes, vadia, arrestationes bonorum legatorum per vim usurpatæ, processus, decreta omnia, quæ ab anno 1596 in favorem unitorum et in præiudicium hominum antiquæ religionis græcæ Patriarcham sequentium, quacumque manu et sigillo Regni et M. D. L. munita, lege perspicua cassentur et libertas religionis græcæ antiquæ orientalis ecclesiæ omnibus, qui in ea usque dum perseverant et qui ad eandem regredi voluerint spiritualibus et sæcularibus, nobilibus et plebeis, in Regno et M. D. L. necnon in bonis nobilium concedatur, et pœnæ cum Foro ad Tribunal in regno inter causas mixti fori et in M. D. L. in Rota Maiori contra eos qui ad religionem contrariam alios adigerent constituentur. — f. 173v —
- 2 Exemplo maiorum Capturarum Corcinen paragraphi et aliæ leges sub nomine hæreticorum, contra libertatem conscientiae pugnantes, aboleantur, et decreta anni 1627, 1628, 1629 et 1630 Tribunalitia et cuiusvis subsellii contra eandem libertatem in Regno et in Lituania facta, tollantur, et assecuratio fiat: quod de devotione christiana, quocumque idiomate peragenda, de Baptismis, matrimoniis, iuramentis iuxta religionem cuiusvis factis, sepulturis, campanis, synodis, scholis, ministris, typis, de legendis et imprimendis libris in causa religionis (dummodo sine turpiloquio et contumelia Regis ac civium Reipublicæ scripti fuerint), nemo debeat per formam iudicii spiritualis vel sæcularis inquietari, sub pœna actori et iudici infligenda.
- 3 Quicumque factione aliqua contra personas græcæ religionis ecclesiæ orientalis et dissidentium de libero religionis exercitio, contra synagogas, processiones, xenodochia, cœtus et

- alia loca illorum devotioni dicata violenter quicquam attentaverit, poenas violatae securitatis publicae incurrat et contra tales forum in tribunali fiat, scrutinia vero, in hoc casu, tum ex parte catholicorum graecae religionis, quam dissidentium pari numero constant.
- 4 Metropolitana ecclesia Chioviensis cum retentione iurium et facultatum, conservationes a Patriarcha Constantinopolitano, et alia officia, dignitates spirituales cum suis iuribus, praerogativis et foundationibus, episcopatus cum suis diocesisibus, monasteria, ecclesiae, abbatiae, personatus, collegia, typographiae, seminaria, hospitalia cum suis foundationibus, necnon ea loca, quae uniti ad suam devotionem converterunt, et alia quae profanis usibus applicata, arrestata, sigillis munita et erepta sunt, hominibus antiquae religionis graecae orientalis ecclesiae tam in Regno quam in Lituania, in regalibus et in aliis quibusvis nobilium civitatibus et terris restituantur. Et quos etiam coetus et synagogas rex pie defunctus in his regionibus exercitio religionis dissidentium dicatas reperit, nunc vel ereptas vel propter iniuriam desertas pristinis usibus restitui volunt, necnon Varsaviae liberum sit hominibus graecae religionis orientalis ecclesiae et dissidentibus devotiones suas exercere continue pro iis, qui in curia Ser.mi Regis manebunt seu in civitate residebunt vel ubicumque Sua Maiestas commorabitur et residebit, liberum sit senatoribus, columnellis et quibusvis nobilibus graecae et cuiusvis aliae religionis huiuscemodi devotionibus vacare. — f. 174r —
 - 5 Ubicumque nunc sint monasteria, et ecclesiae aliae fundatae et dotatae, coetusque dissidentium et synagogae quocumque origine et iure inductae, sic in perpetuum sub nomine eodem monasteriorum, coetuum et synagogarum cum suis foundationibus remaneant. Et vice versa ubicumque nunc sint ecclesiae romani ritus, numquam ad alias devotiones et ritus convertantur: si tamen aliquis habens in suis bonis ecclesiam ritus romani et in proprio separato fundo synagogam vel coetum religionis graecae vel dissidentium erigere voluerit, id sibi liceat et talis fundatio et erectio ius perpetuitatis habeat. Quod ipsum catholico ritus romani viceversa licebit.
 - 6 Vulnera et caedes ministrorum etiam plebeiorum iure nobilitatis vindicentur prout in M.D.L. practicatur, cum etiam Scythae et Judaei eadem libertate gaudent.
 - 7 Metricae et alia acta publica, ad extrahenda instrumenta, faciendas inscriptiones, fundationes ecclesiarum et synagogarum, ad testamenta, protestationes etiam in causa religionis, hominibus antiquae religionis graecae et dissidentibus cuiusvis conditionis pateant.
 - 8 Causae spiritualium et saecularium antiquae religionis graecae et dissidentium cum ecclesiastico romano vel cum scholari

catholico in Regno, non in composito sed mixto foro, et in M.D.L. in Rota maiori iudicentur. Personales vero actiones ad iudicium spirituale litigantium cum hominibus græcæ religionis et dissidentibus, non Romam vel ad Nuntium Apostolicum, sed ad Episcopum, salva appellatione ad Tribunal Regium iuxta Constitutiones M.D.L., devolvantur, ibidemque determinentur. Et in iuramento deputatorum iudicum hæc quoque verba inserantur: »Discrimine et respectu diversæ religionis sublato, iuste iudicabo et odio alienæ religionis contra ius et constitutiones nihil decernam«.

- 9 In civitatibus regalibus, hominibus græcæ religionis antiquæ orientalis ecclesiæ et dissidentibus municipale ius non denegetur, et ad honores magistratusque civiles sine discrimine religionis iuxta cuiusvis merita et præsertim Vilnæ et Leopoli per omnesque alias civitates admittantur, et in pristinum restituantur, neque ipsis in negotiationibus et companiis cuiusvis artis contra ipsorum iura et libertatem præiudicetur.
- 10 Homines antiquæ religionis græcæ et dissidentium Nobilitas iuxta merita ad dignitates, officia et beneficia Reipublicæ plene promoveantur, et iuramento Regis et Cancellariorum hæc verba inserantur: »Sine discrimine religionis dignos et benemeritos ad honores et dignitates et beneficia Reipublicæ admittam, recipiam et promovebo«.
- 11 Quodsi Vilnæ et Lublino Collegia ad alia loca commodiora transferri nequeant, (quæ — f. 174v — turbationes sublata æqualitate generant, cum præsertim nemini liceat ultra quinquaginta personarum comitatu tempore iudiciorum eo ingredi, scolares vero millenarii turmatim incedunt et ad libitum quod volunt patrant impune), ideo provideantur aliquæ rationes præsidii et securitatis contra illorum insolentiam in synagogas et personas dissidentium.
- 12 Actor et defensor causarum et bonorum ecclesiarum orientalis iurisdictionis et dissidentium in Regno constituatur, prout iam in Lituania constitutus, qui iniurias vindicabit et contra violentias aget in eis præsertim causis, quæ actoribus carent et non personas sed universitatem afficiunt.
- 13 Quoniam in negotiis hominum religionis græcæ et dissidentium difficilis et periculosus ad aurem Ser.mi Regis aditus patet, ideo unus agens ex parte hominum religionis græcæ et alius dissidentium constituatur, qui ad curiam Suxæ Maiestatis propriis sumptibus resideant et semper in casu necessitatis accessum liberum ad Regem habeant, liberum vero sit dissidentibus pro arbitrio tales agentes revocare et alios substituere.
- 14 In ista securitate et libertate religionis omnes Status et Civitates regales, Lituaniæ, Russiæ, Prussiæ, Samogitiæ, Inflandæ, Curlandiæ et omnes incolæ cuiuscumque ordinis, dig-

nitatis et conditionis: Vasallos, Duces, Senatores, nobiles, cives, plebeios, indigenas, externos, non obstantibus privilegiis in contrarium cuique datis, includi debere et pro maiore observatione horum omnium hæc fidei et assecurationis media dari debent:

- a) ut Domini ecclesiastici sine exceptione supra dictos confederationis articulos consensum suum præbeant utque iuxta antiquas confederationes apponatur, quod nullus contra privilegia, iura et libertates dissidentium quocumque excogitato modo insurgere, inquietare et processus in causa religionis christianæ innovare audebit,
- b) ut Magni Domini Generales exercituum Reipublicæ, si in posterum iuramentum præstabunt, hoc etiam in ipso adiungant: »Dissidiis, quæ de religione christiana in hoc Regno interveniunt, non me immiscebo, militemque et exercitum mihi commissum immisceri eisdem non sinam, nec quemquam religionis causa opprimi, occidi, bono spoliari, regnove pelli per consilium, operam aut brachium meum militare permittam, sed potius pro virili defendam«,
- c) ut ad iuramentum Cancellariorum addatur hoc: »Nullas litteras, nulla mandata nomine Regis vel Reipublicæ seu ad externos seu ad officia, magistratus et personas cuiusvis ordinis et conditionis in Regno existentes in præiudicium libertatis, pacis et confederationis omnium in religione diversorum scribi, obsignari et vulgari permittam«,
- d) in civitatibus regiis, ubi ecclesiæ, synagogæ et cætus restituentur, Capitanei et Magistratus, in Lituania vero, ubi Capitanei non sunt, Magistratus Palatini corporali iuramento obligantur, quod legem istam de pace dissidentium tuebuntur, observabunt et violatores cœrcebunt et pœnis afficient.

Hæc desideria cum in se nil fastus et iniustitiæ contineant, sed potius ad tollendam inter ordines dissidentiam facta sint, non dubitamus apud Dominationes Vestras opportune iudicari (25).

Sic finitur copia huius documenti, quæ in Archivo Vaticano conservatur. Adest tamen in Archivo Propagandæ alia adhuc copia, in qua ultima illa alinea ita sonat: »Hæc desideria quoniam in se nullam arrogantiam, impertinentiam et præsumptionem sapiant, immo ad tollendam inter ordines dissidentiam et firmandam imbecillioris partis securitatem spectant quilibet prudens affectibus postpositis iudicabit, vix enim non omnia hæc petita partim in natura libertatis et æquitatis, partim in scriptis legibus et institutis, partim in privilegiis antiqui sæculi

... antiquæ religionis græcæ obedientibus Patriarchæ Constantinopolitanæ ecclesiæ orientalis atque etiam confederationis universalis Varsaviensis sine exceptione susceptæ, partim in ... exemplis, ad extremum in dura et immutabili necessitate collo nostro premente fundantur. Deinde, cum non de fide, quæ est donum Dei, nec de articulis de quibus theologia tractat, quæ sunt in unum coniuncta, verum de iis tantum, quæ ad politicam et civilem pacem et salutem in hoc Regno spectant, certi quocirca sumus quod hæc a Magnificis Dominationibus, Fratribus nostris utriusque ordinis grato animo suscipientur et celsissimam curationem vulnera obtinebunt, quo ne fallamur humillime a Magnificis Dominationibus Vestris et Fratribus petimus» (26). Hac autem ultima alinea non obstante putamus Secretarium S. Congr. de Prop. Fide omnino bene de his articulis iudicasse, quando scripsit: »La sostanza de quali è, che vogliano non sola la libertà di coscienza per poter viver nello scisma et heresie, ma che si rivochino tutti li decreti fatti del re morto a favor degl'uniti e contro di loro et interrare le due prohibitioni di non poter fabricar nuove chiese o sinagoghe, e di non poter ottener certi gradi e dignità nella repubblica, e di più, che tutti li boni, che erano de scismatici et hora posseduti dagl'uniti, li siano restituti e siano anch'essi posti nel numero de giudici tribunali. Queste domande oltre l'esser pregiudiciali grandemente alla fede cattolica tendono alla destruttione degli uniti» (27). Hic nihil exaggeratum esse unicuique Puncta hæc insipienti patere debet. Sufficit legere primum et quartum punctum, quæ plenam restitutionem hierarchiæ et ecclesiæ orthodoxæ in Polonia continent. Etiam Šmurlo agnovit futurum fuisse, ut Unio periret, si hæc Puncta admissa essent.

Visconti misit hoc scriptum Romam una cum 4 epistulis, quarum duæ pro Card. Francisco Barberino, una pro Card. Ludovisi et una pro Francisco Ingoli, Secretario S. Congr. de Prop. Fide. Præsertim ultimæ duæ epistolæ de nostro argumento modo non nisi sat generali agunt. Illa quæ Ingoli missa est, duabus constat partibus. Primam probabiliter scripsit scriba Nuntii; ibi nihil particulare habetur. Adiunxit tamen Visconti propria manu paucas lineas, in quibus breviter descripsit statum quæstionis (28). Cardinali Ludovisi Nuntius primo retulit de obstinatione schismaticorum et de minis a Cosacchiis factis, deinde spem suam expressit res fortasse in longum trahi posse et sic vinci adversariorum furores nunc prævalentes. Ad hunc scopum »ho fatto mostrare agl'avversari i pessimi consigli del lor Patriarca Cirillo, facendoli capitare il libretto della sua Confessione calviniana, come anco alcune lettere di Mons. Ingoli,

26) Scr. Rif. 336, f. 95v, tertia adhuc copia ibid. f. 104r-106r.

27) Scr. Rif. 336, f. 106v, Šmurlo textum publicavit in adnot. 173, p. 245-246.

28) Scr. Rif. 58, f. 39r-39v.

Secr. della S. Congr. acciò vedino che guida seguitano nella lor fede; questo piego ha fatto tra di loro qualche commotione, senonche molti dicono esser calumnie finte contro il lor Patriarca per alienarli dell' ubbidienza di lui, io però ho fatto propor loro, di obbligarli a farne venir fedì authentiche dell' Ambasciatore di francia in Constantinopoli, che se accettassero potrebbe guadagnarsi non solo tempo in questo negotio, ma anco qualch' altro frutto, il quale Dio si degni concedere a sua Chiesa» (29).

Idem iisdemque quasi verbis invenitur in una ex epistulis Cardinali Barberini inscriptis. Solummodo Nuntius ibi dicit se monstrasse schismaticis confessionem Cyrilli una cum confutatione illius confessionis composita a Joanne Mattheo Caryophylli, Archiepiscopo Iconii (30), et procedens queritur de imbecillitate et duritia schismaticorum (31). Tantum altera epistula Barberino scripta agit de Punctis a dissidentibus et schismaticis oblatis et, in quantum apparet, Nuntius nondum ostendit se valde præoccupatum esse (32).

Forsitan animum ei dederant declarationes illorum catholicorum, qui una cum Archiepiscopo Gnesnensi considerantes illa Puncta potius mori quam concedere statuerant (33), vel

29) Scr. Rif. 336, f. 107v, documenta, quæ Nuntius Constantinopoli petere vult, probabiliter sunt acta processus ibi anno 1631 instituti, ut probaretur Cyrillum revera esse auctorem confessionis fidei sub nomine eius divulgatæ. Legatus Gallie in illo processu etiam partes habuerat; cfr. Hofmann p. 40, 90-92.

30) N. P. 43, f. 182r, de Caryophylli cfr. Dictionnaire de Théologie Catholique, vol. 2, Parisiis 1910, col. 1813. Die 7 Junii Nuntius scripsit se iam spargisse libros Caryophyleos contra Lucarim, sed putavit «che secondo la capacità del paese potevano riuscir universalmente più utili, se fossero stati alquanto più diffusi e chiari», Scr. Rif. 58, f. 33r. Korsak scripsit 5 Julii: Responsum ad catechesin Gergani Rev.mi Archiep. Iconien. non accepimus», Scr. Rif. 75, f. 221r.

31) «è difficile trattar coi Rutheni scismatici, i quali, toltine pochi, sono per ordinario persone rozze ed ignorantissime, e la maggior parte di lor Popi — f. 182v — sanno appena leggere, sicchè mantinendosi nella loro confusione ed ignoranza, che chiamano semplicità, hanno per sospette le ragioni più palpabili, e qualchuno, che resterebbe facilmente convinto, bisogna che si mostri ostinato per non irritarsi quella moltitudine stolidamente feroce», N. P. 43, f. 182r-182v.

32) «Oltre a quello, che scrivo a V. Em.za a parte, gl'erettici uniti coi scismatici hanno portato a Mons. Arcivescovo in scritto l'accluse domande, le quali essendo state stimate dai cattolici impertinentissime come sono, e vedendosi con che fine caminano i medesimi herettici, si può sperare ch'habbino a confirmar maggiormente i nostri a contradirgli, e diffender le ragioni della vera fede, alienando affatto gl'animi dalle loro esorbitanti pretensioni; la maggior parte di questi punti, non ho dubbio che svanirà affatto senza discorrervi, negl'altri, se non si potrà trovar modo di quietarli con qualche accordo, con cui non resti pregiudicata la Religione Cattolica più di quello si trova al presente, corrono pericolo questi Comitati di sciogliersi senz'alcuna di queste resolutioni, che vi si dovrebbero stabilire per i bisogni presenti della Republica», N. P. 43, f. 172r.

33) cfr. supra p. 19. adnot. 24.

probabilius, felices speravit effectus a commissione speciali ad componendas res cum schismaticis instituta, de qua nobis nunc agendum est (34).

3. Commissio specialis sub præsidio Ladislai.

Relatio, quam de his Comitibus habemus, institutionem huius commissionis simpliciter Ladislao attribuit eumque ob prudentiam hic ostensam permultum laudat (35). Sed et in ipso gremio Comitiorum videtur iam de hoc sermo fuisse. Non est autem dubitandum, quin hæc solutio Ladislao valde placuerit (36). Propterea utile duximus brevem hic inserere disquisitionem de mente religiosa Ladislai et de opinione eius circa Unionem.

Decursu anni 1632 Nuntius iam pluries de hoc argumento Romam scripserat et triplicem querelam contra Principem moverat, nempe quod consueverat mane per multum tempus in lecto remanere, quod neglegebat audire Missam et frequentare Sacramenta et quod nimis intime protestantibus utebatur. Quoad primum et secundum Princeps sese excusaverat debilitatem suam allegans atque infirmitatem. Circa tempus, quo Sigismundus mortuus est, Ladislaus videtur sese aliquantulum correxisse, in quantum saltem exhibuit aliqua signa externa devotionis. Visus tamen non celavit fieri posse, ut mollities illa et commercium cum protestantibus causa fieret, cur Poloni sese a Ladislao averterent et alium eligerent e. g. unum ex fratribus ipsius, præsertim Casimirum (37).

34) »Io ho consentito ultimamente ch'il negotio si ponga in mano, di consenso delle parti, ad alcuni di questi Signori, tra i quali sono Vescovi e buonissimi Cattolici, ma non hanno però altra facoltà che di discorrerlo, e cercar ripieghi per venire ad aggiustamento, e referirgli poi a chi bisogna, il che io ho stimato molto a proposito, perchè le materie si digeriscono meglio fra pochi, che fra la moltitudine, e perchè anche nelle persone elette per maneggiar questo, possono havervi vantaggio i nostri«, ep. 8 Julii, N. P. 43, f. 182r.

35) cfr. Append. nr. 5.

36) ex hoc autem nondum apparet catholicos hoc medium elegisse quasi necessitate coacti, quasi np. intellexissent impossibile esse refutare omnes concessionem et nunc hoc modo illas ad minimum reducere voluissent, uti habet Golubief, vol. 1, p. 477-478.

37) ita collegimus ex epistulis Visconti 30 Jan., 5 et 18 Mai et 23 Junii, cfr. Append., nr. 1, 2, 3 (ep. 23 Junii apud Theiner loc. cit.). His adiungi debet ex epistula 1 Maii post ultima Comitibus: »se ne passò a certa parte, dove è una madonna di gran devotione, dicono per trovarvi anco un padre zoccolante, stimato un buon servo d'Iddio, e trattar seco sopra il sospetto, che ha d'esser affatturato, al che attribuiscono alcuni questa sua renitenza di stare alla messa. Colà dicono si sia comunicato in publico, con molta devotione et esempio, e martedì se — f. 53r — ne tornò a questa volta, sollecitato del male del Padre«, N. P. 44, f. 52v-53r, et ex epistula 3 Julii: »Il partito forte degli Heretici mette sospetto a Cattolici più zelanti, e non poca gelosia accresce il vedere questi molto uniti nel trattare con il Principe Re di Suetia, come essi dicono, tutto aderente a quella fattione, che da occasione di parlare con molta libertà dell'incertezza della sua fede«, N. P. 45, f. 16r.

Notitiæ istæ, ut patet, Romanæ Curia parum gaudii attulerant. Iam scimus Papam promovisse successionem Ladislai in regno Poloniae; semper enim putabat principem eodem ardore spiritu quo pater eius, quem ob zelum pro fide et Ecclesia tot tantisque laudibus extollebat (38). Neque statim Romæ ad miserunt hæc omnia ex eo provenire, quod Ladislaus in fide erraret, sed potius ex infirmitate vel etiam ex falso perspecta politica, quasi n. princeps ostendendo quandam amicitiam hæreticis vellet effugere insidias regis Sueciae. Hortabantur ergo Nuntium, ut studeret mutare animum Ladislai, et satis contenti se ostendebant, quando e Polonia notitiæ aliquantulum faustiores proveniebant (39).

Mox videbimus periculum, quod Poloni ad alium candidatum sese converterent, revera non ita magnum fuisse. Iam antea Nuntius scripserat ab aliis principibus non multum timendum esse (40). Et sic post mortem Sigismundi Papa non solum

38) die 26 Febr. 1631 scripserat Nuntius de audientia habita apud regem Sigismundum in qua «diffondendomi largamente in rappresentargli quanto N. S. ami e stime la M. S. per diversi titoli et in particolare per il zelo con che sempre ha favorito la Religione Cattolica con l'autorità e con l'esempio, soggiunti che quest'affetto non termina nella M. S. solamente ma si stende in tutta la sua Regia e Ser.ma prole per bene — f. 20r — fitio et esaltatione della quale et anco per consolatione di M. S. bramava con impatienza vedere qualche resolutione, che haveva assicurato in quella, anco in vita della M. S. la meritata successione nel Regno», N. P. 44, f. 19v—20r. Ante quinque dies scripserat: «In questi giorni fu da me in alcuni affari persona molto confidente di S. A. (i. e. Ladislaus) e nel progresso di diversi ragionamenti hebbi campo di entrar a parlar dell'affetto caldissimo che N. S. porta alla persona di S. A. e quanti brami ogni sua prosperità et esaltatione e . . . mi slargai a dire, che io portavo in tal conformità ordine espresso di aiutar sempre in nome di S. B. e i suoi in — f. 19r — teressi, et in particolare della successione alla Corona nella presente Dieta», ep. 21 Febr. 1631, N. P. 44, f. 18v—19r.

39) «Appena si può sospettare che ciò nasca da errore interno o da vero proposito, ma si può dubitare a che procede da qualche malia o da humore malinconico, opure ch'egli mal fondatamente pensi di contraminare le machinationi di Gostavo anche appresso gli Eretici mostrandosi loro amico . . . Non sapremmo qual rimedio hoggi applicarvi dopo le orationi a Dio se non suggerire a V. S. se col mezzo di accreditati e zelanti religiosi a lui grati si potesse tentar di ridurlo alla — f. 44v — pristina strada», ep. 3 Aprilis 1632, N. P. 44, f. 44r—44v. deinde: « . . . piace anco che per emendar il concetto, che poteva essersi preso di lui di mancamento di divotione, S. M.à lo vadi discacciando dalla mente degli — f. 61v — huomini con contrarii atti di molta divotione. Il defetto di star tutta la mattina in letto e di molta consideratione appresso coteste genti, e come V. S. prudentemente accenna può esser di gran pregiudizio a gl'interessi di S. M.à, però metto in arbitrio di lei il trovar modo d'insinuar per qualche buon mezzo alla Maestà Sua questo mancamento, tanto contrario anco alla professione militare per mezzo della quale s'apparecchia S. M.à alla ricuperatione del suo Regno», ep. 19 Junii 1632, N. P. 44, f. 61r—61v.

40) «È ben vero, che per lo stile tenutosi fin hora in questa Casa Reale pare che meno ci resti a temere di un tal disordine», ep. 29 Febr. 1632, N. P. 44, f. 44v—45r, idem in epist. ad Card. de la Torre, 1 Maii, N. P. Additam. 3.

ipso Ladislao adprecatus est successionem in throno patris sui, sed et omnes et singulos magnates Poloniae hortatus est, ut suffragium Ladislao darent (41).

Quid nobis de his omnibus sentiendum? Studia recentiora probasse videntur Ladislaum adulescentem vitam duxisse ita libidinibus deditam, ut tempore, quo thronum ascendere debebat — natus tunc erat 37 annos —, vires eius iam consumptae essent et vix adhuc lectum et pulvinos relinquendi capax esset (42). Oritur proinde suspicio etiam fervorem eius religiosum revera debilem fuisse. Accedunt intentiones eius politicae. Praetermisso desiderio, quod videtur nutritum, recuperandae etiam Sueciae (43), scimus eum saltem voluisse sustinere iura sua in Moscoviam, ubi anno 1610 princeps acclamatus erat. Ad hoc autem indispensabile ei fuit auxilium Cosacchorum ideoque, ut eos sibi conciliaret, decrevit schismaticis obtemperandum esse. Quod ut securius succederet, putamus eum in Commissione, de qua nunc agemus, partes mediatoris assumpsisse.

Haec Commissio oportuit esse quasi tribunal, ante quod utraque pars explicaret atque defenderet iura sua, quibus perpensis commissio proferret sententiam. Similis commissio etiam instituta est pro causa cum protestantibus, in qua tamen solummodo catholici electi sunt (44), cum in Commissione, quae tractaret causam cum schismaticis, ipse Ladislaus eligeret etiam tres protestantes, inter quos Christophorus Radziwiłł (45). Electio huius viri schismaticis ita faventis a studio partium vix non libera fuisse videtur. Inter membra catholica nominandi sunt: Jacobus Zadzik, episcopus Culmensis et Cancellarius Coronae, Leo Sapieha et Georgius Ossolinski.

Ad cognoscendos labores huius Commissionis, praeter documenta romana et alia pauca, quae habet Golubief, praecipuus

41) ep. Papae Ladislao 3 Junii, Theiner, p. 393; tota series epistularum Urbani pro episcopis, senatoribus etc. B. L. 2202, f. 108v—144r.

42) Rumbold z Polocka: Zdrowie Władysława IV, Przegląd Historyczny 13 (1911).

43) J. Krajewski probavit e documentis intentionem Ladislai fuisse occupare thronum Poloniae solummodo, ut eum postea cederet fratri suo Casimiro et ut ipse tunc possetur regno Sueciae. Filii Sigismundi die 25 Julii scripserunt Imperatori Austriae: »Ser.mo Principi Ladislao videtur potius, ut regno Poloniae relicto Sueciam requirat et possideat«, Biblioteka Warszawska 291 (1913), p. 209—234. Ladislaus non solum a patre suo morienti destinatus erat ut successor legitimus pro Regno Sueciae, sed etiam, patre defuncto, statim assumpsit titulum Regis Sueciae, non sine aliquo scandalo procerum Poloniae, cfr. ep. Nuntii 29 Aprilis B. L. 6587, f. 168r—172v, 5 Maii N. P. 44, f. 53v—55v et 7 Maii N. P. 43, f. 114r—114v.

44) Golubief, vol. 1, p. 486.

45) »delegit ex senatu et equestri ordine pari numero, n.p. quinque ex singulis, sed impari fide, quia tres haeretici ad iudicium sunt admissi«, cfr. Append., nr. 5.

nobis fons erit Supplementum quoddam a confraternitate Vilnensi Synopsi iam editæ superadditum et pro Comitibus Electionis publici iuris factum (46). In eo narrantur si non omnia, saltem multa de rebus his gestis, præsertim autem pro parte orthodoxa (47). Omnis autem indicatio chronologica tum in Relatione, tum in Supplemento deest, ita ut probabilis aliqua reconstructio chronologica solummodo possibilis fiat ope comparationis indiciorum, quæ in variis documentis inveniuntur, inter quæ unicum elementum stabile sunt indicationes in fragmentis diarii apud Golubief (48).

Prima sessio, die 10 Julii habita, non fuit nisi introductio ad processum (49). Postquam sermonem fecit Michael Kropivnicki, qui orthodoxos ad defendendam religionem suam excitavit, locutus est ipse Metropolita ruthenus, Josephus Rutski. Breviter exposuit Unionem habere ius existendi in Polonia et qualia essent ipsius iura; deinde in memoriam revocavit Unionem ortam esse a desiderio Ecclesiæ catholicæ, unum e primis, qui voluissent Unionem, fuisse principem Ostrogski et Russiam meridiionalem antea vixisse in Unione cum Ecclesia Romana. Postremo affirmavit non orthodoxos ab unitis, sed e contra unitos ab orthodoxis vexari, quod probavit allegans occisionem S. Josaphat Kuncevic, vulnerationem prædecessoris sui Metropolitæ Pociej et alia facta eiusdem generis.

Orthodoxi respondentes Metropolitæ, quem ut episcopum alloqui omnino negaverunt, nullo modo concedere voluerunt principem Ostrogski umquam de Unione cogitasse, et certe, inde ab anno 1595 sat faciliter potuerunt invenire et citare documenta, quæ ostendebant aversionem principis ab Unione tunc præparata. Violentias a Rutski memoratas noluerunt approbare, sed putaverunt tam cædem S. Josaphat, quam impetum in Pociej plus quam satis punitum et expiatum esse, cum etiam innocentis pœnas solvere debuissent; de aliis factis responderunt modo potius evasivo (50) et unum omnino negaverunt. Deinde multas querelas moverunt contra unitos de iniuriis, quibus schismatici afficiebantur, sc. de apostasia episcoporum, qui Unionem concluserant, de neglectis protestationibus orthodoxorum contra unitos, de promissionibus in Comitibus orthodoxis factis et nunquam impletis, de sublatiis ecclesiis, de denegatis muneribus et officiis publicis etc.

46) editum A. J. Z. R. parte 1, vol. 7, p. 577-640.

47) Grusefskii, testis minime suspectus, agnovit Supplem. non liberum esse a partium studio.

48) Supplementum tantum argumentum refert, non autem sententiam Commissionis.

49) cfr. Relationem in Append., nr. 5: Supplem. loc. cit., p. 584-593.

50) quod etiam Golubief vituperat, p. 492-493.

De singulis his factis examen instituere ad res nostras non pertinet. Potius videamus, quæ scripta ab orthodoxis ad iura sua sustinenda sequenti die prolata sint (51).

Revera altera die (52) orthodoxi, prætendentes bona ecclesiastica contra omnia iura, privilegia et consuetudines apostatis esse tradita et proinde documenta ab illis allata ad possessionem suam illegitimam defendendam nullum valorem habere, ipsi sua documenta ostendere cœperunt. Hic clare videmus librum illum »Synopsis« influxu suo non caruisse; nam omnia fere testimonia a schismaticis nunc allata in illo inveniuntur (53). Quorum antiquiora et magis importantia hæc erant:

Concilium anno 1510 sub Metropolita Josepho Soltan celebratum, quod Patriarcham Constantinopolitanum agnoverat;

Privilegium anno 1511 clero religionis orientalis datum, quo independens factus est a dominis sæcularibus;

Privilegium anni 1550 omnia privilegia anteriora renovans;

Tota series privilegiorum postea, præsertim sub Sigismundo III, orthodoxis collatorum et protestationum, quæ contra Unionem Brestensem factæ erant.

Postremo concluderunt bona ergo ecclesiastica deberi hominibus religionis græcæ, unitos autem non posse sic appellari, quia pertinerent ad ecclesiam romanam. Ipsum gubernium Poloniae — dixerunt — ita tenet, quia anno 1620 decretum est bona ecclesiæ deinceps danda esse hominibus religionis græcæ, quod ergo antea non factum esse videtur, quando nempe bona unitis tradita erant. Sermoni suo finem imposuerunt orthodoxi iterum declarantes Unionem in Russia meridionali antea numquam exstitisse, introductam vero esse non consensu multorum, sed voluntate perpaucorum.

In Relatione notatur documenta illa ab orthodoxis prolata non antiquiora esse quam anno 1500, et revera suspicionem suppressere non possumus orthodoxos consulto abstinuisse a citandis documentis anterioribus. Nam cum ab anno 1520 usque ad Unionem Brestensem nullus inveniatur Metropolita chiovien-sis unitus cum Ecclesia catholica, longe aliter res se habent pro periodo præcedenti. Neque omiserunt uniti schismaticis respondentes in hoc factum insistere.

Locutus est nomine unitorum coadiutor Metropolitæ, Raphael Korsak (54). Ipse putavit non necessarium esse ad singula ab orthodoxis prolata respondere; nam — dixit — relinquentes

51) Albertus Radzivil hac die in suo diario scripsit post varia tentamina reconciliationis frustrata Ladislaum hodie per quinque horas cum ambabus partibus tractasse, Golubief, vol. 1, Append. p. 427.

52) quod altera dies fuit, clare habetur in Relatione, cfr. Append., nr. 5.

53) A. J. Z. R. loc. cit., p. 543 seq.

54) juxta Supplem., Golubief dixit Rutski locutum esse, cfr. loc. cit., p. 500.

duo extrema: Ecclesia Ruthenorum fuit aut numquam, aut semper in Unione, non negamus illam aliquando iurisdictionem patriarchæ constantinopolitani agnovisse; plus autem orthodoxi hucusque nondum demonstraverunt. Nunc autem uniti probare voluerunt »Ruthenicam Ecclesiam aliquando fuisse sub Romano Pontifice et in Unione et quidem a potiori«.

Primo locutus est de aliquibus erroribus historicis in primas paragraphos Synopseos irreptis. Tempore Concilii Nicæni Constantinopoli nondum erat patriarcha. In canone 28 Concilii Chalcedonensis quidem decisum erat: »ut Ponticæ et Asianæ et Thraciæ dioceseos metropolitani soli, præterea episcopi prædictarum diocesium, quæ sunt inter barbaros, a prædicto throno sanctissimæ constantinopolitanæ ecclesiæ ordinentur« (55); sed primo, hic canon Romæ non receptus est; secundo, Russia in nulla harum diocesium continetur; tertio, sæculo quinto nullus etiam fuit episcopus in Russia et, si tandem aliquando Russia propter hunc canonem patriarchæ constantinopolitano subdita esse deberet, hoc æquo iure declarari posset de episcopis Poloniæ vel Lithuanicæ. Tertius error pertinebat ad Baptismum principis Vladimiri. Iuxta Synopsim Vladimirus baptizatus est anno 868 (56). Vladimirus autem vivebat sæculo sequenti et baptizatus est sub patriarcha Nicolao Chrysobergi, qui agnovit auctoritatem Romani Pontificis. Sed etiam anno 868, quando aliqui russi baptismum susceperunt, ecclesia byzantina vivebat in Unione et hoc etiam valet pro anno 946, quo Olga baptizandam se curavit. Postea ecclesia byzantina quidem ab unitate defecit, non ita tamen Russia. Hoc ex eo patet, quod metropolitanæ non ibant Constantinopolim pro consecratione, sed consecrabantur in Russia »cum capite S. Clementis Papæ«, etiam patet e festo Translationis S. Nicolai in Occidente instituto et a Russis recepto, non autem a Græcis (57).

Mox videbimus adversariis his argumentis minime persuasum esse, præsertim quia de anno conversionis Russiæ sententiæ sat diversæ erant. Et sane dolendum est Korsak non magis tentasse ex ipsa historia interna ecclesiæ russicæ probare eam initio catholicam fuisse, sed probabiliter fontes ei non ita patebant, sicut nobis, et ipsa Relatio queritur unitos vix aliqua documenta ad manum habuisse (58).

55) Mansi vol. 7, col. 370.

56) editio »Synopseos« in A. J. Z. R. in inscriptione huius articuli habet »A. D. 988«, sed ipse textus Vladimirus et Photius ut contemporaneos profert.

57) cfr. B. Leib: Rome, Kiev et Byzance à la fin du XIe siècle, Parisiis 1924, p. 51.

58) cfr. Append., nr. 5. Cum aliqua probabilitate concludi potest ecclesiam Byzantini sub patriarcha Theophylacto (933-956) in pace vixisse cum Papa. Pro tempore autem Nicolai Chrysobergi habemus testimonium, quod probare videtur vinculum unitatis tunc ruptum esse, cfr. Hergenröther: Photius, vol. 3, Freiburgii 1869, p. 705-709 et 725.

Maiores vis inerat documentis, quibus Korsak deinde coepit ostendere iam antea Unionem apud ruthenos existisse. Citavit nempe:

Epistolam Jagellonis anni 1387, qua iussit Lithuanos matrimonium cum Polonis ineuntes fidem catholicam suscipere debere (59);

Decretum Comitiorum, quæ anno 1413 in Horodlo celebrata sunt, quo solummodo nobiles lithuanici catholici in iuribus et privilegiis æquiparati sunt polonicis (60);

Iter Metropolitæ Isidori ad Concilium Florentinum, ubi Unionis decreto subscripsit (61);

Decretum anno 1443 a rege Ladislao III datum, ut clerus græcus et russicus cum clero latino omnino æquipararetur vi Unionis Florentinæ (62);

Litteras a Metropoli Misaele anno 1476 Papæ Sixto IV scriptas (63);

Epistolam Niphontis Patriarchæ Constantinopolitani Metropolitæ Josepho Soltan anno 1497 scriptam (64);

Decretum anni 1543, quo renovatum est decretum illud anni 1413; et postremo varia documenta a Sigismundo III tempore Unionis Brestensis edita.

Post hæc Korsak adhuc refutavit argumenta orthodoxorum, et speciatim ad Synodum sub Josepho Soltan celebratam quod attinet, adiunxit ex illa argumentari non posse, quia Soltan unitus erat, teste etiam epistula a Patriarcha Constantinopolitano Niphonte Soltano scripta (65). Ultimo dixit nihil adhuc probari ex eo, quod aliqui metropolitæ Constantinopolim ibant pro consecratione; nam cum patriarchæ uniti essent, nihil impedivit, quin metropolitæ cum illis communicarent.

59) cfr. Kojalovic: Dokumenti objasnjavusie istoriju zapadno-russkago kraja. Petropoli 1865, p. 2-3.

60) Vol. Leg. vol. I, p. 30.

61) Synopsis, ut patet, unice in eo insistit, quod Unio Florentina in Russia reiecta est, quando Isidorus redux eam promulgare tentaverat.

62) Synopsis dicit hoc decretum inutile fuisse, cum Unio non recepta esset.

63) A. J. Z. R. parte I, vol. 7, p. 193-231 (ed. a Pociej anno 1605 facta).

64) Makari vol. 9, p. 90.

65) Synopsis ex hac Synodo tantum protulerat aliquas sententias, quæ conjunctæ impressionem faciunt, quasi dixerit Synodus Ecclesiam ruthenorum semper consensisse et adhuc consentire cum Ecclesia Byzantii. De facto autem singulæ illæ sententiæ inveniuntur in distinctis locis et tantum confirmant legem ecclesiasticam, de qua in illo loco agitur, sive in Russia, sive Constantinopoli semper in usu fuisse, cfr. A. J. Z. R. loc. cit., p. 543-544 et ed. Synodi in R. I. B. vol. 4, col. 9 et II. Sic etiam in decreto anni 1511 non est sermo de dependentia aliqua Russiæ meridionalis ab ecclesia byzantina, sed tantum de conformitate in ritibus etc., cfr. Akti odnosjasciesja k istorii zapadnoj Rossii, vol. 2, p. 81-83.

Respondentes schismatici præsertim conati sunt ostendere Russiam in prima periodo post conversionem suam non unitam fuisse. Citabant Baronium et alios quatuor notos historicos polonicos, qui Baptismum Vladimiri singuli ponunt in anno diverso, sed quemcumque annum sumpseris, semper in throno patriarchali invenias patriarcham non unitum. Contra alia documenta a Korsak adhibita iteraverunt ea, quæ iam scripserat Zacharias Kopystenski, np. aliquos metropolitas Russiæ non petivisse consecrationem a patriarcha, eo quod tunc temporis Russi bellum gerebant contra Græcos vel quia sedes patriarchalis vacabat (66); non negaverunt aliquos reges Poloniæ tentasse Unionem introducere, sed quia illis non successit, decreta contra orthodoxos lata postea revocata sunt. Quoad querelas ab unitis motas apud Papam Sixtum IV et Patriarcham Niphontem de oppressionibus passis a parte latinorum, ipsæ illæ querelæ probant unitos tunc non fuisse catholicos (1). Et postremo orthodoxi rursum affirmaverunt Unionem Brestensem tantum opus fuisse duorum episcoporum.

Hic tandem aliquando huic sessioni finis impositus est. Putamus autem nos concludere posse unitos revera probasse suam conditionem meliorem esse. Nam cum orthodoxi tantum pro 70 annis — a morte Josephi Soltan usque ad Unionem Brestensem — probare potuissent Unionem non exstitisse, uniti saltem demonstraverunt per duo sæcula præcedentia — sc. inde ab unionem Lithuaniae cum Polonia — Unionem cum Ecclesia Romana semper consideratam esse ut statum ordinarium et normalem ecclesiae Ruthenorum.

Nihilominus in tertia sessione (67), in qua ad aliquam decisionem procedendum erat, ipse Ladislaus variis argumentis urgentius institit, ut uniti concederent. Proposuit np. tres casus possibiles, ut aut tota res ad iudicium regis adhuc eligendi reponenda esset, aut pateret omnia bona ecclesiastica deberi unitis, aut e contra iura schismaticorum probarentur. Et quia primum ac secundum, considerata mente orthodoxorum, periculis plena essent et tertium damnum immensum afferret catholicis, videbatur melior solutio stare in concessionibus ab unitis faciendis. Videtur ergo Ladislaus non cogitasse de medio defendendi iura unitorum, si secundus casus sese præsentaret: etiamsi appareret omnia bona unitis deberi, tamen ipsi concedere deberent. Re vera status rerum pro unitis valde difficilis erat et postremo, cum iterum atque »potentius instaret Ser.mus Rex Sueciæ, quem futurum omnes speramus Deo iuvante regem, nimirum ex duobus malis minus eligere instituimus ut aliqua tantum illis concederemus, quæ in illorum pro tunc possessione habeban-

66) cfr. R. I. B. vol. 4, col. 1030 seq.

67) cfr. Append., nr. 5.

tur« (68). Schismatici autem minime satisfacti »illa die discesserunt«.

Sequenti die — 13 Julii — uniti vix non coacti aliquid amplius adhuc concesserunt (69).

Quid autem his concessionibus continebatur? Iuxta diarium a Golubief citatum hæc concedenda erant schismaticis: Episcopatus Leopoliensis, Archimandritiæ Pecerenensis et Zidiciensis, ecclesia S. Spiritus, quam orthodoxi Vilnæ ædificare cœperant, aliæ ecclesiæ, inter quas illa chioviensis, quæ vocabatur »S. Michaelis verticis aureati«, et ultimo cassatio omnium processuum etc. contra schismaticos actorum (70). Iuxta diarium orthodoxi post sessionem miserunt legatos ad Ladislaum, ut plus adhuc obtinerent. Adeo insolenter processerunt, ut non tantum aliquam partem, sed mediam partem episcopatuum postularent. Ideo hæc legatio etiam inanes et irritos fecit labores regis Sueciæ (71).

Uti iam vidimus, die 14 Julii finienda erant Comitia (72); sed cum nihil adhuc decisa esset, duæ dies additæ sunt (73). Ipso illo die 14 Julii in sessione plenaria Comitiorum legenda erant »captura et articuli« i. e. leges a Comitibus factæ pro tempore Interregni necnon conditiones pro electione novi regis. Dux Radzivil conatus est persuadere legatis, ut hanc lectionem non impedirent; articulos enim illos nullam adhuc imponere obligationem, ergo omnem obstructionem perditionem esse temporis. Sed iam in »domo legatorum« iterum cœperunt orthodoxi querelas movere, quod uniti non satis concesserant. Voluerunt enim adhuc habere diocesis Præmisliensem, sed uniti omnino recusaverunt, nisi prius obtinuissent consensum S. Sedis. Pro unitis hic verba fecit nobilis quidam leopoliensis.

Ut aliquis consensus inter partes obtineretur, Dux Radzivil tunc proposuit, ut uniti in scriptis traderent orthodoxis ea, quæ absque ulla conditione concedere vellent, et ea, de quibus prius consultare vellent S. Sedem. Orthodoxi de his scriptis deliberarent in comitiis provincialibus ante Comitia Electionis. Si ibi admitterentur, omnia finita esse; sin minus, in proximis Comitibus res de novo tractari. His autem consiliis non obstantibus etiam in sessione plenaria orthodoxi et uniti acriter

68) ibid.

69) ibid.

70) Golubief, vol. 1, Append. p. 419, iuxta »Imp. Publ. Bibl. Acta Interregni po smierci iego Mci. Zygmunta trzeciego po katal. pols.« in folio N. 93.

71) ibid.

72) cfr. supra p. 19, adnot. 23, Append., nr. 5.

73) »Ne anco il giorno aggiunto al termine della convocazione bastò per risolvervi tutt'i negotii, ma ne fù consumato anche un altro«, ep. Nuntii 22 Julii, N. P 43, f. 190r.

disputaverunt, donec Dux Radzivil repetita sua propositione obtinuit, ut res sequenti die decerneretur.

Ita iuxta diarium et scripta Alberti Radzivil (74). In Relatione autem legimus Ladislaum post hæc probabiliter una cum iis membris Commissionis, quæ unitis paucè favebant, et insciis episcopis ruthenis concessionem ampliores schismaticis fecisse, quæ sequenti die in scriptis oblatae sunt unitis (75). Hi autem neque illo die 15 Julii neque die sequenti consensum suum præbere voluerunt, ne tum quidem cum obtinuissent, ut aliqua ex illo scripto eicerentur. Tunc solus Ladislaus subscripsit (76).

Textus autem illius documenti ita sonat:

Memoriale factæ Conventionis
inter Dominos in Græca Religione dissidentes
ad ulteriorem concordiam futuram Deo iuvante in Electione suspensum
et ad consensum domi manentium acceptum.

- 1 A parte Dominorum unitorum permissa est Dominis non unitis administratio Sacramentorum absque ullo impedimento et liberum exercitium in integris Chiovensi, Braclaviensi, Podoliensi Palatinatibus. Item in terra Leopoliensi, Haliensi, Zydaczoviensi. Excepta sola ecclesia metropolitana in civitate chiovensi sita S. Sophiæ, quam sibi reliquit Ill. mus Metropolita cum bonis et monasterio Vidubicensi propter iuris titulum.
- 2 Monasterium et ecclesiam S. Michaelis »aureati verticis« dictum, pro quo Rev. Pater Tyszkiewicz obtinuerat privilegium a Ser. mo piæ mem., debet illud restituere, nec modernos possessores turbare.
- 3 Mohiloviæ in M. D. L. quattuor ecclesiæ ad usum Dominis non unitis dari debent cum libero exercitio religionis omnibus cuiuscumque status et conditionis hominibus.
- 4 Orsæ quoque duæ ecclesiæ cum eadem libertate.
- 5 Vilnæ ecclesiam S. Spiritus cœptam muro extrui finire, dummodo non in modo alicuius præsidii fiat, cui etiam omnem securitatem permittunt et omnia vadia, processus, suspensiones, mandata, universalia, decreta, in hac causa a quacumque persona emanata cassant et annihilant.
- 6 Episcopatus Leopoliensis cum Archimandritia Unioniensi ut perpetuis temporibus penes dominos non unitos maneant cum omnibus pertinentibus et usu antiquo.
- 7 Archimandritia Pecerenensis cum suis pertinentiis eodem modo penes non unitos perpetuo esse debet.

74) Golubief, vol. 1, Append. p. 419—421 et 427—428.

75) cfr. Append., nr. 5.

76) ibid.

- 8 Archimandritia Zidicencis cum omnibus item pertinentiis cum eliberatione fundorum impignoratorum debet reddi dominis non unitis. — f. 400v —
- 9 Confraternitates quæ nunc in usu penes non unitos et eorum ecclesiæ in Regno et in M.D.L. sunt, vel erunt ab illis institutæ cum earum ecclesiis debent esse penes illos in pacifico exercitio et competenti confraternitatibus ruthenis libertate conservari.
- 10 Et in genere debent habere domini non uniti liberum et pacificum exercitium in omnibus civitatibus, ecclesiis, beneficiis suis, in civitatibus regiæ maiestatis ubicumque nunc illa habent. Item scholas, xenodochia, seminaria et liberum sine discrimine ad Magistratus civiles accessum habere poterunt. Hæc puncta tradita sunt a Dominis unitis parti contrariæ. Quibus si Domini non uniti qui domi remanserunt non assensi fuerint: domini uniti iuribus suis ad ulteriorem concordiam gaudere debent.

In Archivo Vaticano invenitur hoc documentum »de verbo ad verbum translatum . . . cum plena de singulis informatione«, uti dicit Relatio (77).

Liceat autem super hæc scripta duas ponere quæstiones. Primo: Estne Memoriale identicum cum scripto, cui uniti diebus 15 et 16 Julii subscribere noluerunt? Dicit enim Relatio, postquam de illa refutata subscriptione locuta est: »Formant pro suo itaque modo scripta et nobis subscribere renuentibus, ipse Ser. mus subscripsit. Quod de verbo . . . etc.« (78). Debetne ergo hoc intellegi de nova aliqua et iterum mutata redactione vel de eodem prorsus documento, nunc autem »in forma sollemnæ«, ut aiunt, exarato et unitis, ut ei subscriberent, præsentato? Hoc ultimum videtur negandum esse. Memoriale tantum ea continet, quæ uniti iam die 13 Julii concesserant; omnia autem, quæ deinde a Ladislao addita erant et quæ ob resistantiam unitorum partim iam diebus 15 et 16 Julii expuncta erant, nunc omnino sunt deleta. Ita putamus propter simplicem rationem, quod tam Memoriale quam Informatio ostendunt unitos ad omnia hæc concedenda paratos fuisse (79). Sed exinde altera oritur quæstio: cur np. tandem aliquando uniti subscribere noluerunt? Huius ratio fuisse videtur, quod uniti nullo modo Memoriale considerare voluerunt ut iam vim aliquam habens, sed tantum ut propositum a parte sua factum. Timentes, ne omnia negantes omnia perderent, polliciti sunt hæc concedere

77) Memoriale: N. P. 49, f. 400r—400v, Informationem in Append. posuimus, nr. 6.

78) cfr. Append., nr. 5.

79) cfr. Append., nr. 6, ultimas lineas Informationis, ubi narratur, quomodo ultimo momento adhuc expunctus sit articulus de dicecesi Præmisliensi a Ladislao orthodoxis iam promissa.

supposito assensu orthodoxorum; immo videntur uniti pro omnibus et singulis concessionibus ipsum petivisse consensum S. Sedis. Sic enim Ratski die 18 Iulii scripsit: «... et hoc morale Roman mittere, ut ibi examinaretur (80).

Sic causam Unionis quod attinet exitus Conventuum Consecrationis fuit mere provisorius. Memoriale non erat nisi basis aliqua pro conventione, quae tamen adhuc concludenda erat (81).

Conferentes Memoriale cum iis, quae iam die 13 Iulii concessa erant (82); invenimus hic praeter illas concessionem, dicamus «materiali», etiam aliquas potius viiudicasse n.p. liberum exercitium religionis pro orthodoxis in palatinatibus meridionalibus et civitatibus, ubi nunc iam ecclesias habebant, necnon pro confraternitatibus (83). Quoad primum, agebatur de regionibus, ubi ob praepotentem influxum Consecrationum Unio vix existere posset. Haec nota simul demonstrat querelas Consecrationum antea revera inanes fuisse. Quoad confraternitates uniti sese incapaces declarabant impediendi eorum diffusionem, quia hoc dependebat a regio favore. Idem valere dicebant de scholis etc. Accessus ad magistratus de facto iam patebat orthodoxis. Postremo, concedentes liberum exercitium in ecclesiis et civitatibus, ubi nunc iam erant schismatici, videntur uniti sperasse hoc modo illis impediri introitus in alias civitates. Haec spes autem fuit sat illusoria; iam enim libertas concessa confraternitatibus adhuc erigendis futura fuit medium perpetuum orthodoxis ubique penetrandi et agitandi (84). Quoad reliqua ipsa Informatio sat clara esse videtur (85).

Certe, si ab altera parte conferamus Memoriale cum iis, quae prius ab orthodoxis postulata erant, statim videmus illos

80) cfr. finem Relationis. Append. nr. 5, ep. 18 Iulii ibid., nr. 4. Causa cur uniti concesserint breviter comprehensae invenimus in quodam documento probabiliter exarato, ut serviet in deliberationibus S. Congregationis habetur Scr. Rel. 336, f. 95. Guepin, qui probabiliter tantum adhibuit copiam huius documenti, putavit illud esse originale e Polonia ornatum, chirographum autem certo est unius ex scribis S. Congregationis, ut ex comparatione cum aliis documentis videri potest, cfr. Guepin, p. 255 (4).

81) cfr. praesertim ipsam simulam documenti p. 42. Clare hoc etiam dicitur in Constitutione Conventuum Vol. Leg. vol. 3, p. 390, N. 53. Idem Smurlo citans Memoriale nimis absolute affirmat orthodoxos in his Comitibus alioquin contigisse. Maxima adhuc erat dicimus episcopus et alios ad has constitutiones apponere 29 Iulii, quam ipse Smurlo posuit in appendix in epistola Nuntii sui, praeterea dicitur hanc clausulam spectasse concessionem hereticis factam, cfr. Smurlo, p. 90 et 266, addnot. 174 et 175 et Append. N. 53. Apud Gollubief vol. 1, p. 515-516 legere potuit, quomodo res se haberent.

82) cfr. supra, p. 34.

83) cfr. Memoriale N. 1, 9 et 10.

84) cfr. Informationem N. 1, 8 et 9.

85) cfr. ibid. N. 2-7.

nunc multo minus recepisse (86). Negari autem non potest futurum fuisse, ut Memoriale, si executioni mandaretur, iam initium daret restitutioni ibi quæsitæ, licet ne verbum quidem contineret de agnoscendis vel non agnoscendis pseudo-episcopis orthodoxorum. Neque expectandum erat schismaticos his concessionibus, quæ desideriis suis tantum inferiores remanserunt, contentos futuros esse.

Finitis Comitibus tam Nuntius quam Rutski varias Romam miserunt epistulas. In quibus illam certe differentiam notare licet, quod Nuntius sat multum laudat Ladislaum ob zelum pro fide catholica et Unione (87), cum e contra Rutski minime illo contentus timuisse videatur, ne princeps, postquam rex electus esset, adhuc plus noceret causæ Unionis, in quo casu autem intentionem suam ostendit fortiter ei resistendi (88). Prætermittentes quod Metropolita sine dubio liberius sese exprimere potuit quam Nuntius, neque illud obliviscendum putamus Memoriale nihil adhuc confirmasse. Nuntius ergo sperare poterat fore, ut in Comitibus Electionis inveniretur solutio aliqua Unioni magis favens. Rutski multum queritur de frigore catholicorum, qui Unionem defendere quasi omnino neglexerint (89), quare instanter petit, ut per breviam apostolicam Unio commendetur Ladislao, episcopis, proceribus et senatoribus (90).

Nuntius ipse lamentatur de exiguo zelo catholicorum (91) et semel atque iterum testatur se omne possibile fecisse neque ullam partem sumpsisse in concessionibus faciendis.

86) cfr. supra, p. 19-23.

87) ep. 15 Julii, Theiner, p. 395-396, ep. 22 Julii Cardinali Ludovisi in Append., nr. 7, die sequenti scripsit: »... così anco il negotio de'scismatici s'ha per aggiustato dovendosi dar l'ultima mano nella dieta d'elettione. All' uno e all'altro ha operato caldamente l'autorità e prudenza del Ser.mo Principe Re di Suetia con edificatione di tutto il Regno, in cospetto del quale S. M.tà ha mostrato non solo la gran capacità maneggiando con tanto giudicio un negotio sì arduo, ma la cura che li tiene del mantinimento della religione cattolica«, N. P. 43, f. 191r.

88) ep. 18 Julii, Append., nr. 4, nota quomodo Rutski ibi quasi ad captandam benevolentiam Ladislai Curiam certiorum facit principem iam uti titulo regis Sueciæ; quod si etiam Curia observabit, Ladislao gratum erit. Modo magis generali Rutski die 20 Julii scripsit ad Congr. de Prop. Fide; Scr. Rif. 58, f. 78r.

89) cfr. ep. Rutski 18 Julii loc. cit. Similis querela etiam in Relatione, Append., nr. 5.

90) Append., nr. 4, idem in epistula Rutski ad Urbanum VIII 20 Julii, B. L. 6648, f. 132r.

91) »Coi scismatici intendo habbino allargata alquanto più la mano, non però quanto minnacciavano le loro istanze, e di ciò è stato cagione non sola la molta nobiltà ch'è fra di loro, ma anco la tepidezza de nostri verso la S. Unione per il che non s'hanno voluto porre a rischio d'una guerra civile, io non ho mai voluto prestar il consenso ad alcuna cosa pregiudiziale, anzi ho sempre premuto per il contrario, e stimo non si sarà fatto poco, se non c'è concesso più di quello sento fin hora«, ep. Nuntii 15 Julii, N. P. 43, f. 185r, cfr. etiam ep. Cardinali Ludovisi in Append., nr. 7.

4. Iudicium Curiae de Memoriali.

Paucos dies postquam istae epistolae scriptae sunt, receptae sunt Romae primae litterae initio Comitiorum expeditae (92). Haec circumstantia certo omni attentione digna est: quod n. a scriptis usque ad receptas litteras mensis circiter spatium ordinario decurrebat, ita ut non semel decisiones in Polonia iam factae sint, priusquam Romae haberetur ulla notio de quaestione pendenti.

Die 31 Iulii Card. Barberini respondit ad epistulas Nuntii 23 Iunii et 3 Iulii. Sed, ut patet, ad notitias adhuc sat generales a Visconti datas impossibile erat respondere cum instructionibus concretis et positivis (93). Eodem die expeditum est breve pro Archiepiscopo Gnesnensi, cui commendatur Unio sicut Nuntius rogaverat (94), et post hebdomadam tota series brevium missa est in Poloniam pro episcopis et magnatibus ad exhortandos eos, ut eligerent regem vere catholicum (95).

Tandem, die 17 Augusti, Curia sese occupare potuit cum postulationibus orthodoxorum primis diebus Iulii oblatis; negotium autem adhuc remissum est ad Papam; tantum decisum est, ut Nuntio mitterentur omnes scripturae, quae ad confutandum Cyrillum Lucarum utiles esse possent (96). Interea receptae sunt notitiae de concessionibus a Ladislao factis, ita ut congregatio particularis in S. Congr. de Prop. Fide instituta die 28 Aug. iam operam dare posset examini Memorialis, quod a Nuntio et a Rutski Romam missum erat (97).

Iudicium congregationis omnino negativum fuit. Nullo modo voluit, ut concessionibus executioni mandarentur. Tamen

92) ep. Nuntii 23 Iunii Romae investigata (déchiffre) est 28 Iulii; ep. 30 Iunii 3 Aug. et ita porro.

93) cfr. ep. in Append., nr. 8. Sic etiam 7 Aug. scripsit Barberini: »Dispiace di vedere l'ostinatione degli eretici e scismatici e particolarmente de' Cosacchi, con i quali non soviene qua che mezzo si potrebbe tenere per mitigar la loro fiera, onde cio si rimette nella prudenza di V. S., N. P. 45, f. 31r. Die 24 Iulii deciderat S. Congr. respondens ad epistolam Nuntii 28 Maii, ut ipse post electionem cum novo rege tractaret de bonis ecclesiasticis ruthenis tradendis, Scr. Rif. 58, f. 38v, cfr. supra p. 4.

94) copia habetur B. L. 2202, f. 174r-174v.

95) copiae ibid., f. 145r-167v.

96) Notandum hic non solum agi de iis, quae scripserat Nuntius die 8 Iulii Cardinali Ludovisi, sed etiam de iis, quae habentur in ipsius epistula eodem die Cardinali Fr. Barberini scripta, in qua Visconti ex professo de postulationibus orthodoxorum locutus erat, cfr. supra, p. 25.

97) cfr. Append., nr. 10. Iam die 21 Aug. scripserat Barberini: »... Ben dispiace dall'altro canto, che i scismatici per la lor potenza, e per la tepidezza de' nostri si siano avanzati nel lor partito, benchè non affatto secondo le loro istanze, e che — f. 23v — V. S. habbia mostrato dissenso e premure, perchè cio non seguisse, ha soddisfatto al suo zelo, il quale merita sempre lode, N. P. 175, f. 23r-23v, respondet ad epistolam Nuntii 15 Iulii, cfr. supra, p. 38. adnot. 87.

4. Iudicium Curiae de Memoriali.

Paucos dies postquam istae epistolae scriptae sunt, receptae sunt Romae primae litterae initio Comitiorum expeditae (92). Haec circumstantia certo omni attentione digna est: quod n.p. a scriptis usque ad receptas litteras mensis circiter spatium ordinario decurrebat, ita ut non semel decisiones in Polonia iam factae sint, priusquam Romae haberetur ulla notio de quaestione pendenti.

Die 31 Iulii Card. Barberini respondit ad epistulas Nuntii 23 Iunii et 3 Iulii. Sed, ut patet, ad notitias adhuc sat generationibus concretis et positivis (93). Eodem die expeditum est breve pro Archiepiscopo Gnesnensi, cui commendatur Unio sicut Nuntius rogaverat (94), et post hebdomadam tota series brevium missa est in Poloniam pro episcopis et magnatibus ad exhortandos eos, ut eligerent regem vere catholicum (95).

Tandem, die 17 Augusti, Curia sese occupare potuit cum postulationibus orthodoxorum primis diebus Iulii oblatis; negotium autem adhuc remissum est ad Papam; tantum decisum est, ut Nuntio mitterentur omnes scripturae, quae ad confutandum Cyrillum Lucarum utiles esse possent (96). Interea receptae sunt notitiae de concessionibus a Ladislao factis, ita ut congregatio particularis in S. Congr. de Prop. Fide instituta die 28 Aug. iam operam dare posset examini Memorialis, quod a Nuntio et a Rutski Romam missum erat (97).

Iudicium congregationis omnino negativum fuit. Nullo modo voluit, ut concessionibus executioni mandarentur. Tamen

92) ep. Nuntii 23 Iunii Romae investigata (déchiffré) est 28 Iulii; ep. 30 Iunii 3 Aug. et ita porro.

93) cfr. ep. in Append., nr. 8. Sic etiam 7 Aug. scripsit Barberini: »Dispiace di vedere l'ostinatione degli eretici e scismatici e particolarmente de Cosacchi, con i quali non soviene qua che mezzo si potrebbe tenere per mitigar la loro fiera, onde cio si rimette nella prudenza di V. S.», N. P. 45, f. 31r. Die 24 Iulii deciderat S. Congr. respondens ad epistolam Nuntii 28 Maii, ut ipse post electionem cum novo rege tractaret de bonis ecclesiasticis ruthenis tradendis, Scr. Rif. 58, f. 38v, cfr. supra p. 4.

94) copia habetur B. L. 2202, f. 174r-174v.

95) copiae ibid., f. 145r-167v.

96) Notandum hic non solum agi de iis, quae scripserat Nuntius die 8 Iulii Cardinali Ludovisi, sed etiam de iis, quae habentur in ipsius epistula eodem die Cardinali Fr. Barberini scripta, in qua Visconti ex professo de postulationibus orthodoxorum locutus erat, cfr. supra, p. 25.

97) cfr. Append., nr. 10. Iam die 21 Aug. scripserat Barberini: »... Ben dispiace dall'altro canto, che i scismatici per la lor potenza, e per la tepidezza de nostri si siano avanzati nel lor partito, benchè non affatto secondo le loro istanze, e che — f. 23v — V. S. habbia mostrato dissenso e premure, perchè cio non seguisse, ha soddisfatto al suo zelo, il quale merita sempre lode, N. P. 175, f. 23r-23v, respondet ad epistolam Nuntii 15 Iulii, cfr. supra, p. 38. adnot. 87.

videtur congregatio noluisse hoc iudicium statim in omni sua severitate Nuntio communicare, fortasse ut prius res adhuc maturius perpendi posset. Sic epistula, quæ iussu congregationis Nuntio missa est, sat mitigate sonat, etsi ei iniungat, ut omnibus mediis impediatur, ne Unioni noceatur (98).

Non bene intellegitur, cur in relatione illius congregationis dicatur etiam Metropolitam Memoriali subscripsisse, cum in epistula Nuntii 22 Julii clare dicatur neutram ex partibus subscripsisse. Epistula autem hæc Romæ iam nota erat, nam Barberini ei respondit eodem die, quo congregatio illa habita est. Videtur hic ergo error aliquis admitti debere.

Princeps Ladislaus tardius promissionem suam implevit n.p. Romam scribendi pro confirmatione Memorialis. Scripsit enim non prius quam die 26 Augusti (99). Epistula partem a rege Sueciæ in hoc negotio sumptam in luce ponere non omisit et confirmationem Memorialis rogavit; quod si negaretur, cum Unionem Regnum Poloniæ malis multo gravioribus afficerentur. Litteræ autem istæ nullo modo mutaverunt iudicium Curiae et ne responsum quidem ad eas datum est, priusquam res gestæ in Comitibus Electionis Romæ tractatæ et examinatæ sunt.

98) Append., nr. 11. Eodem die Barberini scripsit Nuntio: «... Benedice S. B. ne il zelo e l'acertezza di S. M.à con la quale ha proceduto negli affari de cattolici e degl'uniti contro gl'eretici e scismatici, sebene qui si crede molto pregiudiziale quello che la M.à Sua ha sottoscritto, e di questo io dirò qualche cosa a V. S. a parte questa sera o la prossima settimana. Il pensiero della M.à Sua di abbracciare la causa degl'uniti assecuto che sarà al Regno è veramente pio e glorioso, V. S. procuri di nutrirlo con stimoli — f. 38v — di gloria e di pietà e di qui si farà il medesimo col breve che ella dice», N. P. 45, f. 38r—38v.

99) Secretarius Ladislai die 17 Julii scripserat probabiliter Cardinali de la Torre de difficultatibus habitis cum hæreticis, de schismaticis autem omnino siluerat, N. P. Addit. 3, ep. Ladislai, cfr. Append., nr. 9; notamus eum nihil scripsisse de diocesi Præmisliensi, quamvis hoc facere iuxta Informationem promississet.

CAPUT SECUNDUM

COMITIA ELECTIONIS

I Præparationes

Ex variis documentis, quæ in primo capitulo citavimus, iam clare apparet catholicos in Comitii Electionis exspectasse tumultus longe maiores contra Unionem orituros esse, quam in Comitii Convocationis excitati essent. Hic timor certe non fuit absque fundamento in re, non solum quia iam a priori pro certo haberi potuit orthodoxos concessionem factam ut insufficientes reiecturos esse, sed etiam quia Comitii Convocationis nondum absolutis iam cœperunt præparationes suas pro Comitii sequentibus.

Vidimus enim in epistula Metropolitæ Rutski, quomodo Petrus Mogila misisset litteras encyclicas per totam Poloniam adhortans nobiles orthodoxos, ut omnes venirent ad Electionem ibique defenderent religionem suam (1). De ipsis præparationibus nobilium, i. e. de comitiis provincialibus, ubi primo examinanda erant acta Comitiorum præteritorum et deinde redigenda instructio pro Electione, non multum hucusque publici iuris factum est. Sicut et pro primis Comitii, habemus tantum acta comitiorum provincialium Volhyniæ. Ibi nobiles, die 21 Augusti in Luck congregati, admonitionibus Mogilæ fideliter obsequentes decreverunt, ut omnes et singuli ad Comitium venire deberent, et ut electioni novi regis nullo modo interessent, antequam ecclesia orthodoxa in iuribus suis restituta et libertas religiosa concessa esset (2). Hac decisione audita Metropolitæ Rutski statim sollemniter ei intercessit et pro difficultatibus nunc secuturis omnem responsabilitatem a seipso removit et in orthodoxos revolvit, quia illi medium reconciliationis recusassent (3). Nuntius a Rutski de hoc decreto nobilium certior factus est et etiam — ut credimus — de ipsius reclamatione, quamquam epistula eius 20 Septembris de his rebus referens de illa omnino tacet (4).

1) cfr. Append., nr. 4.

2) A. J. Z. R. parte 2, vol. 1, p. 200—207.

3) Golubief, vol. 1, Append. p. 447—449.

4) Theiner, p. 396—397.